



Qc. 128.

SENTENTIAE RABBINORVM
DE
SVCCESSIONE
A B I N T E S T A T O
E T
TESTAMENTARIA
COLLECTAE

A
R. JOSEPH KARO
INTER CETERA IVRIS EBRAICI CAPITA
IN LIBRO SCHVLCHAN ARVCH DICTO

PER
R. MOSEN ISERLES
EMENDATO ATQVE SUPPLETO.

IN LINGVAM LATINAM VERTIT
ET PASSIM ILLVSTRAVIT
CHRISTIAN GOTTLLOB MEYER SS. TH. STVD.
EDI CVRAVIT ATQVE ADDITIONES ADIECIT
GOTTLIEB HENRICVS STVCK
POTENT. BORVSS. REG. A COMMISSIONIBVS
ET QVAESTOR AERARII HALENSIS.

CVM PRAEFATIONE
DANIELIS NETTELBLADT.

HALAE MAGDEBURGICAE
APVD IOANNEM CHRISTIANVM HENDEL
CICDCCCLXXV.

KÖN.PR.FR.
UNIVERS.
ZVHALIE

VIRIS
ILLVSTRI
ATQVE
EXCELLENTISSIMIS
AMPLISSIONIS CONSULTISSIMIS
REGII SCABINATVS
DVCATVS MAGDEBURGICI
SENIORI
ATQVE
ASSESSORIBVS GRAVISSIMIS
PATRONIS ET FAVORIBVS
AETERNO PIETATIS ET OBSEQVII CVLTV
SVBMISSÆ COLENDIS

VERSIONEM HANC QVALEMCVNQVE

EX RABBI KARO LIBRO

SCHVLCHAN ARVCH

DICTO

DEVOTISSIMA MENTE

DICAT ATQVE OFFERT

ILLORVM QVE
FAVORI ET BENEVOLENTIAE

DENVO ETIAM ATQVE ETIAM

SE COMMENDAT

CHRISTIAN GOTTLLOB MEYER.



LECTORI BENEVOLO

S. P. D.

DANIEL NETTELBLADT.

Sunt qui conqueruntur de multitudine scriptorum iuridicorum, eorumque numerum quotidie augeri, valde dolent. Negare quidem nequeo, iustum esse hanc querelam: ast desunt tamen in tanto scriptorum iuridicorum numero, scripta iuridica utilissima, quorum defectum suppleri valde optandum. Videlicet distinguendum est inter numerum scriptorum iuridicorum, qui prodit, si numerantur tantum, non ponde-

rantur, & si ponderantur potius quam numerantur. Prius si fit, omnino tantus est eorum numerus, ut multis sine iurisprudentiae detimento carere possimus. Determinare quidem non audeo numerum scriptorum iuridicorum: ast hoc scio ex computo a diligentissimo quodam Auditore olim ducto, mihiq[ue] exhibito, in **LIPENIO - IENICHIANA** *bibliotheca iuridica reali*, secundum novissimam eius editionem de a. 1757. obvenire 40604. scripta iuridica, inter quae 21058. ad libros & opera ICtorum, reliqua 19546. vero ad scripta minutiora, veluti tractatus, programmata, dissertationes &c. referri possunt. Quod si nunc adduntur scripta a **LIPENIO** omissa, & recentiora quae post annum 1757 prodierunt, insigniter augetur eorum numerus. E contra vero, si scripta iuridica non numerantur tantum, sed simul ponderantur, insignis ubique se exserit defectus scriptorum iuridicorum necessariorum & utilissimorum. Non est huius loci indicem scriptorum iuridicorum conficere, quae refero inter

ter pia desideria: ast tamen hac occasione, quum praefandum sit scripto, quod defectum quendam supplet, generatim quaedam monebo de scriptis iuridicis, quae adhuc desiderari possunt, in tanta caeteroquin mole scriptorum iuridicorum.

Scripta iuridica, quorum defectum doleo, sunt partim scripta talia, quae plane deficiunt; partim talia, quae exstant quidem, ast ita comparata non sunt, ut praestent eum usum, quem præstare possent; partim talia quae itidem exstant quidem, & satis apta sunt ad finem cui inserviunt, ast non omnium usui patent, sicque idem est ac si plane deficerent.

Primæ classis scripta sunt, ut varia alia taceam, nonnullarum partium iurisprudentiae compendia, quae plane deficiunt, veluti iuris gentium europæi, & veri nominis artis decretoriae, ab arte relatoria omnino diversæ.

Ad secundam classem scriptorum iuridicorum, quae merito desiderantur, variis generis scripta referri posse censeo. Desunt quoad plerasque leges, quibus in Germania utimur, tales commentarii, qui secundum regulas commentarii veri nominis conscripti sunt, sive non theoriam doctrinae de qua agit textus, sed potius textus analysin eiusque verum sensum continent. Desidero porro repertoria triplicis generis, videlicet repertorium *exegeticum*, *doctrinale* et *caſuisticum*. Primum repertorium remittere deberet lectorem, secundum seriem textuum eius corporis iuris, vel partis cuiusdam eius, ad quod conscriptum est, ad loca scriptorum praestantissimorum ICtorum, in quibus quilibet textus ex instituto explicatus est. Secundum repertorium, quod appello *doctrinale*, secundum ordinem alphabeticum, aut quoad totam iurisprudentiam, aut, quod consultius, quoad singulas partes eius, remittere deberet lectorum ad loca scriptorum praestantissimorum & praesertim recentiorum ICtorum

rum, in quibus ab iis specialissimae quæstiones iuris ex instituto explicatae & enodatae sunt. Quod attinet tertium repertorium, quod casuisticum appellare placet, illud idem praestare deberet, quoad scripta praestantissimorum ICtorum, quæ sub nomine Consultationum, Decisionum, Consiliorum &c. exstant. Vide licet remittendus esset lector per tale repertorium, itidem secundum ordinem alphabeticum conscribendum, ad loca dictorum scriptorum, quae sicut sunt casus decisos, qui pertinent ad eam iuris doctrinam, quam loquitur articulus cui adduntur haec loca. Tandem ad hanc secundam classem scriptorum, quae merito desiderantur, etiam referri possunt singularum partium iurisprudentiae systemata ita conscripta, ut in academiis collegiorum repetitioni inservire possint. Quem in finem, prætermisssis & remissis ad compendiariam doctrinam quæ eo pertinent, nunc singulæ doctrinæ eius disciplinæ ad quam spectat sistema, ulteriori evolvendæ, ita tamen, ut in iis subsistendum sit, quæ ulterius illustrant

in compendiis dicta, & sufficiunt ad eum finem, ut discentes in academiis, si iis tale systema ad manus est, diligent eius lectione ita proficiant, ut possint finitis studiis academicis, legendo specia-
lissima scripta, seu scripta de singulis ar-
gumentis partium iurisprudentiae, &
meditando, inoffenso pede ulterius pro-
gredi in singulis scientiis sic in acade-
miis haustis.

Progredior ad *tertiam* classem scri-
ptorum iuridicorum, de quibus hic lo-
quor. Duplici modo fieri potest, scripta
iuridica quæ exstant omnium usui non
patere, quoniam vel nimis rara sunt, vel
in lingua plerisque ICtis non satis nota
conscripta sunt. Unde per se patet, quæ
scripta iuridica huc referri debeant, eo-
rumque numerum non exiguum esse.
Variis modis vero effici potest, talia scri-
pta in eum redigi statum, ut nunc omni-
um usui pateant, sicque hunc defectum
scriptorum iuridicorum suppleri. Spe-
ciant huc, ut taceam singulorum scri-
ptorum recusionem, collectiones, tam
scri-

scriptorum variorum auctorum, unde
enati sunt thesauri iuris satis noti, quam
unius auctoris; licet, quoad posterioris
generis collectiones, non possim non
quin moneam, eas hodie fere in abusum
degenerare. Porro huc referri potest V.
C. SCHOTTI novissimum, nec satis lau-
dandum, institutum, cui inservit eius
annuum scriptum, quod prodit sub titu-
lo: *Juristisches Wochenblatt*. Simi-
lis modus optime merendi de supple-
dis scriptis iuridicis, quorum defectus
ICtis, tam in cathedra, quam in foro
versantibus, molestus est, tandem &
is est, quo usus est editor praesentis
scripti, Vir doctissimus GOTTL. HENR.
STUCKIUS, dum in linguam ICtis ma-
gis notam transferri curavit scriptum,
de quo in docta prolusione, ipsi scripto
præmissa, satis evictum dedit, supplere
illud defectum scriptorum iuridicorum,
quibus uti possumus in decidendis quæ-
stionibus successionem iudæorum con-
cernentibus. Laudabili conatu itaque
edi non solum curavit præsens scriptum,
quod huic fini optime inservit, sed &

in

in doctissimis suis additionibus egregie illustravit nonnulla eius loca. **Eo magis vero laudandum Dn. Editoris, Viri de nostra civitate meritissimi, studium, sic & a sua parte subveniendi defectui cuidam scriptorum iuridicorum, quum sola EIVS virtus, non officii ratio, aut lucri bonus odor, ad hunc laborem suscipiendum EVM perduxerit.** Vnde vehementer opto, alios eius exemplo excitari ad simile quid tentandum, ut sic magis magisque imminuatur numerus scriptorum iuridicorum, quorum defectus, tam in iuris theoria, quam praxi, satis molestus est. Dabam Halæ d. xx. April. MDCCCLXXV.



PRO-



PROLEGOMENA.

Diu multumque Iurisconsultos, quibus in terris Borussico sub sceptro viventibus iurisdictio simul in Iudeos concedita est, conquestos novimus, quod admodum animo titubare coacti sint intuitu iurium, inter Iudeos in casibus successionis tam legitimae quam testamentariae receptorum, secundum quae tamen lites huiusmodi de causis inter eos ortas, ab uno litigantium ideo invocati, dirimere legibus sunt adstricti.

Scilicet per privilegium generale Iudeis concessum¹⁾, in causis hereditariis atque aliis, in quibus ritus a Christianorum ritibus diversi
an-

1) datum Berolini d. 17. Aprilis 1750., publici demum iuris factum in novi corporis Constitutionum Borussico-Brandenburgicarum Tom. II. annos 1756-1760. complectente pag. 118 sqq.

antiquitus inter eos obtinuerunt, hi ritus approbati sunt, rabbinoque cum antistibus, in prima quasi instantia, sed per modum arbitrii tantummodo, cognoscendi de iis data est concessio, ita tamen, ut partibus de huiusmodi laudo provocare liceat ad iudicem ordinarium, ²⁾ qui litem decidat secundum leges mosaicas. ³⁾

Sed ubinam reperiendae sint hae leges mosaicae? hic haeret aqua. Sapientissimi legislatoris mentem non fuisse, ut restringeret iudices ad mosaicas, in Pentatevcho contentas leges, ex eo patet, quod ille per brevis est in materia successionis, duobus tantum circa eam disponens

lo-

2) in §. 31. verbis: Jedoch lassen Wir noch zur Zeit geschehen, daß in Sachen, da Juden mit Juden zu thun haben, und die in ihre Ritus einschlagen, als die jüdische Ehe-Pacta und deren Gültigkeit bey Concursen, Rechts-Cognition in Successions-Fällen, die blos nach den Mosaischen Gesetzen bey ihnen entschieden werden müssen, wie auch andere gerichtliche Handlungen, wegen Testamenten, Inventarien, Bestellung der Vornünder, dem Rabbi und den gelehren Assessoren eine Art von rechtlicher Cognition nachgegeben werde, wiewohl nur per modum arbitrii, wo von denen Parthenen, wenn sie damit nicht zufrieden, allezeit fren bleibt, ohne daß ihnen deshalb ein kurzes Fatale laufe, ad iudicem ordinarium per modum simplicis querelae zu provociren.

3) in §. 32. verbis: daß — — jedoch in Successions- und andern dergleichen Fällen, so in die jüdische Ritus einschlagen, nach der Disposition des Mosaischen Gesetzes erkannt werde.

locis. 4) Non potuit ergo, quin sub legum mosaicarum appellatione complexum simul illum traditionum, sub nomine Talmud notarum, intellexerit. Quod opus, non uspiam in unum corpus collectum, duabus constat partibus: Mischna, ceu textu, seculo post excidium hierosolymitanum secundo collecta, & duplice Gemara, ceu commentariis, una Hierosolymis seculo tertio, altera Babyloniae, sub initium seculi sexti eiusdem epochae, compilata, ex quibus Gemara babylonia Iudeis nostratis magis est usitata. 5)

Et sane libri talmudici Iudeis omnibus, praeter Karæos a ceteris hæreticorum nomine insignitos, maximae sunt auctoritatis: cum plurimi eorum omnes & singulos divinae esse originis atque ex iure non scripto, a Mose sapientibus sui aevi coram tradito, per successum temporis privatis scriptis mandato, postea his tribus voluminibus inclusi, constare contendant. Reliqui, iisque prudentiores tam venerandam omnibus doctrinis talmudicis originem tribuere non audent, attamen afferunt, consistere hos libros ex conjectariis fundatis in divino iure scripto & mosaicis traditionibus. 6) Ex quo sequitur, ut non modo ad intelligendas leges divinas pernecessarii sint, verum etiam ius mosaimcum non scriptum complectantur.

Quod

4) Num. XXVII, v. 8-11. Deut. XXI, v. 15-17.

5) Rabens Mischna, 1 Theil in der Einleitung S. 2 u.f.

6) RABE ibid. p. 2.

Quod ad Mischnam attinet, ea quidem a Guil. SURENHUSIO in linguam latinam versa⁷⁾ & a Ioanne Iacobo RABIO germanice reddit⁸⁾ prostat. Sed ut incivile est, nisi tota lege perspecta, una aliqua particula eius propotita, iudicare vel respondere: ⁹⁾ ita etiam minus decere iurisconsultum arbitratur, si sola perspecta Mischna, tamquam una iuris Ebraeorum parte, sententiam in casu successionis iudaicae ferre vellet, nisi prius alteram illius iuris partem, Gemaram, evolverit. Quis enim sciret, annon dispositio quaedam in Mischna prolata, per Gemaram, collectionem recentiorem, limitata fuerit vel extensa.

At Gemara, neque in latinam neque in germanicam linguam translata unquam est integra, unicus tantum Gemarae babyloniae tractatus & quaedam ex diversis tractatibus desumpta capita, quae tamen omnia & singula non nisi leges ceremoniales concernunt, separatim prodierunt latine. ¹⁰⁾ Haec igitur iuris iudaici pars iudicibus christianis tantum non omnibus, quot enim eorum ebraicam linguam callent? manet occulta & quasi obserata.

Ne-

⁷⁾ typis exscripta Amstelod. 1693-1703. VI. partibus in fol. conf. Nachricht von einer Hallischen Bibliothek, 5ter Band S. 40. u f.

⁸⁾ edita Opoldi. 1760-1763. VI. tomis in 4maj.

⁹⁾ L. 24 ff. de LL.

¹⁰⁾ RASE ibid. p. 5.

Neque iis, denegato ad hunc iudaici iuris fontem aditu, integrum est consulere scriptores ex gente iudaica, qui materiam successionis vel ex professo, vel in systematibus suis, inter cetera iuris capita, pertractarunt, quippe quorum neque ullus in aliam linguam versus invenitur. R. BARTENORÆ quidem & R. MAIMONIDIS integræ in Mischnam commentarii Surenhusianæ additi sunt translationi, qui tamen, ubique fere inter se in rebus ipsis convenientes, potissimum circa explicationem Mitchnae atque decisionum cognitionem versantur,¹¹⁾ ideoque instar systematis universi iuris iudaici usum nequeunt præstare.

Confugere itaque unice ad christianos iuris iudaici scriptores necesse habent, quibus causæ hereditariae, duos inter iudeos litigiosae, veniunt decidenda. Quae de iuribus iudeorum in genere a christianis exarata sunt scripta, ad unum omnia intacta relinqui possunt, cum generaliora dumtaxat quaedam de successionibus exhibeant, neque iis sufficientia, qui proletaria iuris cognitione sunt contenti. Restant scriptores de successione iudeorum speciales, quorum nonnisi duo, quod quidem sciamus, ad sunt, Ioannes Petrus de LUDEWIG et Ioannes SELDENUS. Ille vero filiarum solummodo succedit.

11) Nachr. von einer Hall. Biblioth. c. I. S. 40. not. 1.
und 45.

cessionem explanavit.¹²⁾ Seldenus quidem integrum de omnimoda successione iudaica edidit tractatum:¹³⁾ at iudex aliunde de ea non edocet, vix aut omnino non, quod tute huic confidere possit libro autumabit, quoniam auctor, leges successionis tradens, rarius tempore, ut grammatici loquuntur, praesente utitur, sed ubique fere tempus praeteritum imperfectum adhibet, quasi non nisi de iuribus commemoret, quae olim inter Iudeos obtinuerunt, praesertim cum in prolegomenis relatum leget a) congestum esse librum ex utroque Talmude, quod Ebraeis, florentibus eorum rebus, in usu erat, b) subtilitates forenses, pro gentis indole repertas, ex eo agnoscere posse iuris consultos, c) leges de successionibus sacras cum interpretationis talmudicis et rabbinicis hodieque in usu esse Iudeis, ubi aut expresse principum christianorum sanctiones contrarium de eis non statuerint, aut mores adversi, sanctionum vim sortiti, neutquam inoleverint. Nonne legens postea in ipso traetatu sancta Mischnae, Gemarae

12) in consil. Halens. tom. II. lib. 2. cons. 216. quod & eodem impressionis anno 1734. insertum est den hallischen Anzeigen num. X. repetitum postea in von Ludwigs gelehrten Anzeigen, 1ten Theil S. 843.

13) sub tit. de successionibus ad leges Ebraeorum in bona defunctorum, editum primo Londini 1636. 4., postea una cum successione in pontificatum Francos. ad Viadr. 1695. 4. & cum uxore ebraica Vit. 1712. 4.

rae et interpretum allegatorum ubique haesita-
bit, incertus utrum ea moribus abolita adversis,
an hodieque sint in usu? ad quem tamen Sel-
denus nullibi provocat. Eo vero plus dubita-
tionis suborietur in eius animo, quo plures for-
san de contentis huius libri eruditos consulue-
rit iudeos, cum hi scriptoribus de iure iudai-
co christianis nullam plane tribuendam esse au-
toritatem contendere soleant, negando, ad
manus christianis esse potuisse omnia interpre-
tum iudaicorum scripta, quibus singulis vero
carere non possit, qui leges mosaicas velit in-
telligere.

Atque non dubitamus, fore plerosque
alibi locorum commorantes iudices, ad ius di-
cendum iudeis in secunda instantia constitutos,
qui hisce quorundam ditionis Borussicae iuris-
consultorum querelis suos addant calculos. Ne-
que enim solum per privilegia a principibus
diversarum regionum irrogata, iudeis con-
cessa est facultas, in caussis civilibus ideoque et
in caussis hereditariis, si solos inter iudeos
tractantur, suis utendi consuetudinibus, v. c.
in Electoratu Brunsvicensi,¹⁴⁾ in Palatinatu ad
Rhenum,¹⁵⁾ in Marchionatu Baruthino¹⁶⁾ at-

b 2

que

¹⁴⁾ Geo. Lud. BOEHMER diff. de officio & potestate Rab-
bini provincialis §. 11.

¹⁵⁾ Io. Frid. FISCHER tr. de statu & iurisdictione Iudeo-
rum, §. 62.

¹⁶⁾ Idem c. tract. §. 64.

que Onoldino ¹⁷⁾ item in Alsacia: ¹⁸⁾ sed etiam, deficientibus huiusmodi constitutionibus, ex plurimorum doctorum sententia, ¹⁹⁾ successio Iudeorum, si soli iudaei, nec proselyti fidei christiana, ex iuris civilis dispositione heredes, ad int, secundum leges mosaicas decidenda est ubique locorum. Addendum forsitan fuisset, in quibus ea per leges provinciales nominatim et expresse aliter definita non invenitur, si locus vel regio, ubi hoc factum sit, nobis innovuerit. Secus sentientes ²⁰⁾ qui successionem Iudeorum ad praecepta iuris civilis ordinandam esse docent, animo non perpenderunt, a) normam successionis iudaicae in ipso sacro codice ²¹⁾ esse praescriptam inter illas sexcentas et tredecim leges, quibus omnibus et singulis, ut mos hodieque sit gerendus, Iudei ad unum

¹⁷⁾ Is ille § 65.

¹⁸⁾ Idem §. 85.

¹⁹⁾ IO. SCHNEIDWEIN in pr. Inst. de hered. quae ab intestato defer. §. 10. Eberh. SPECKHAN διατάχματα Iudeor. §. 17. denuo edita, praemissio Henr. Hahnii nomine, Helmst. 1683. BRUNNEMANN ad L. 8. C. de Iudeis n. 7. IO. Iod. BECK de iurib. Iudeor. c. XI. §. 12. ibique alleg. Schwers fluger Beamter, 2ter Th. 10. Tit. §. 52.

²⁰⁾ V. C. BOEHMER in iur. eccles. tom. IV. lib. 5. tit. 6. §. 60. & 61. IO. FR. KAYSER in diff. de autonom. Iudeor. §. 47. Christ. Herm. SAM. GATZERT in comm. de iuribus Iudeor. §. 7. not. e.

²¹⁾ Num. XXVII, v. 8-11.

unum omnes, ne exceptis quidem Karaeis,²²⁾ persuasissimum habent, atque ad quas servandas religione se obligatos profitentur; b) ideoque alium illis successionis ordinem absque laesione conscientiae eorum cōtrudi non posse; nihil denique c) ad rem interesse, utrum haec mosaicarum legum servandarum obligatio sit vera atque ita ad cultum eorum pertineat, an, mutato dudum rerum iudaicarum statu, obligatio tantum putativa seu superstitione adsit. Hisce positis principiis facile potest inveniri in quibusdam legibus, a dissentientibus allegatis,²³⁾ praesidium successionis iudaicae secundum leges mosaicas. Testante enim Modestino²⁴⁾ constitutiones in iis sine molestia Iudeos esse iubent, per quae cultus eorum inquinari videtur, atque Severus et Antoninus²⁵⁾ Iudeis necessitates tantum imponendas esse constituerunt, quae superstitionem eorum non laederent.

Sed, quicquid etiam de successione Iudeorum, in genere considerata, statuendum sit; remanent tamen in Germania eiusque vicinia tot amplae regiones, in quibus, succendi more suo in bona, Iudeis data est facultas,

b 3

ut

22) RABE l. a. p. 2.

23) BOEHMER in I. E. c. l. §. 60.

24) L. 15. §. 6. ff. de excusat. tutor.

25) L. 3. ff. de decurion.

ut operae pretium fore existimaverimus, si leges successionis Ebraeorum, haud sufficienter, uti ostendimus, inter nos cognitae, brevi quadam divulgarentur tractatione, a rabbino quodam elaborata, ad evitandas exceptiones, quae christianorum scriptis opponere solent Iudei.

Atque, hoc effectum reddi de meliori posse, nobis vitum est, opera S. S. Theologiae in hac academia cultoris Christiani Gottlob MEYERIS, iudaicis nati parentibus atque a teneris per rabbinos iudaica instruetti litteratura. Nobis enim non erat incognitum, frequentasse eum, post relieta sacra patria et transitionem ad christianam ecclesiam, sedulo et non sine insignibus studiorum progressibus scholas Gymnasii hic loci florentis per triennium et quod excurrit, atque vertisse eum tunc temporis librum Massoreth Hamassoreth²⁶⁾ sub directione et cum approbatione S. Rev. SEMLERI²⁷⁾ in linguam germanicam. Qua de causa proposuimus ei et quodammodo suasimus, ut ex rabbini cuiusdam, auctoritate apud Iudeos pollutis, compendio iuris iudaici materiam de successionibus transferret. Morem ille gessit nostro consilio atque elegit R. Iosephi KARO²⁸⁾ Hispani, (qui aca-

26) editum Halae 1772. 8.

27) videatur praefatio Semleriana dicto libro praemissa.

28) Vitam Iosephi Karo Töcher im gelehrtē Lexicon de anno 1750 neque recenset sub lit. K., neque sub C.
qua

academiae Saphetensis in Palaestina rector fuit,
portentum seculi atque mundi a Iudeis appellatus, atque obiit A. C. 1575.)²⁹⁾ librum minorem³⁰⁾ seu compendium *Schulchan Aruch*³¹⁾

i. e.

qua littera quidam illius nomen incipiunt, quibus cum tamen non faciunt HEINSIUS in der Kirchenhistorie, 5ter Theil S. 1042. und 1044. SELDEN in uxore hebraica lib. I. c. 9. & 11. WOLFF in biblioth. hebræa Vol. I. p. 557.

²⁹⁾ WOLFF c. l. HOMMEL in biblioth. iuris rabbinica p. 10.
& 22.

³⁰⁾ quod epitome constituit operis eiusdem maioris Beth Ioseph i. e. domus Iosephi ab eo nominati, de quo conf. WOLFF ibid. & HOMMEL c. I. p. 10.

³¹⁾ Schulchan Aruch quatuor constat ordinibus, qui nominatur: a) Orach Hajim (semita vitae) cultum divinum concernens; b) Iore Deah (docens scientiam) de subtilitatibus legum caeremonialium agens, rabbinis potissimum necessarius; c) Choschen Hamischpat (peitorale iudicii) ius civile pertractans; d) Eben Haefer (lapis auxilii) iura matrimonialia & divortiorum exhibens. Quae partim ex relationibus Meyerianis, partim ex libello: Erl Antons Nachricht von einem höchstraten alten rabbinischen Buche, Braunschweig 1756. 8. dividimus. Hic etiam recensuit singula ordinis quarti capita 178. atque ordinis tertii singulas undequadraginta sectiones, non autem singula eiusdem capita 427, quod tamen fuisse necessarium, cum numeri capitum, a primo ad ultimum, non habito ad sectiones respectu, continuati sint ideoque hic ordo secundum capita allegari a iudaicis scriptoribus soleat. Ceterum Antonius in dupli versatur errore, dum auctorem huius libri R. Jacobum Ascher, librumque iam anno 1478. impressum prima esse vice narrat.

i. e. mensa instruēta dictum, ex cuius parte
sive ordine tertio, Choschen Hamischpat nomi-
ne veniente, capita quatuordecim a capite 276.
usque ad 289, quae sectionem vicesimam quin-
tam exhibent, latino tradidit sermone, eique an-
notationes addidit partim utiles partim necesa-
rias. Usus autem est, ex qua transferret hanc
ce compendii sectionem, editione, cui additio-
nes, animadversiones atque novellae expositiones
R. Mosis ISERLES,³³⁾ a cuius sententiis
Iudaei, Germaniae et Poloniae incolae, stare fo-
lent, suis ubique locis sunt insertae, olim sub
titulo *Hamape* i. e. mappa (super mensam) se-
paratim editae.³⁴⁾

Quod ad translationem ipsam attinet,
quanquam, oculati instar testis, accuratam esse
eam, afferere non valemus; hebraicae ignari
linguae; fore tamen speramus, ut competen-
tium

32) de LUDEWIG, locis not. 11. allegatis, pleraque de suc-
cessione filiarum desumunt ex hoc ordine tertio. Idem
in der gelehrten Anzeigen item Th. S. 540. hanc ter-
tiam mensae instructae partem, quam, omisso articulo
Ha, Choschen Mischpat nuncupat, corporis juris iuris
nomine insignivit: dici potius debuisset: tertius Insti-
tutionum liber, alludendo ad Institutiones Justiniani,
si scripta privata cum legibus publicis comparare fas est.

33) Poloni, doctoris in synagoga Cracoviensi, per vi-
ginti fere annos, mortui A. C. 1572. WOLFF c. l. Vol. I,
p. 801.

34) HOMMEL alleg. libro p. 22.

tium in hac re iudicu[m] acquirat approbationem. Non enim solum Interpretis nostri ex hebraico versum exstat specimen laudatum: 35) sed etiam, investigando ipsas a R. Karo traditas doctrinas, animadvertisimus, plerasque earum vel convenire cum sententiis Mischnae atque cum prolatiis a Seldeno et Rabio effatis Gemarae et celeberrimorum rabbinorum, vel respondere usui hodierno. Ceteras, quae a talmudicis sententiis discrepant, doctrinas, ulteriori quidem mandavimus disquisitioni, at per repetitam interdum etiam, semotis prioribus, reiteratam eaurum conversionem de hebraico ad verbum suscep[t]am, alias ex verbis erui nequivit sensus, qui potius is nonnunquam manebat, si pauca excipiamus loca, quibus per nostras mentiones exactior conciliata est translatio. Quibus ponderatis nihil nobis obstare videtur, quo minus et ipsi spondere possimus, mentem saltem auctoris ubique esse expositam accurate diligenterque et studiose, id quod iuridico sufficit usui. Atque haec operosa satis investigationem nobis praebuit conscribendarum, quas paragrapho cuique subneximus, accessionum, ex quibus breviores commodius forsan ipsi opusculo, adhibitis parentheseos signis, inferendae fuissent, nisi iamiam in eo huiusmodi offenderentur intercalationes. Plura de nostris accessionibus commemorare supersedemus. Hoc tan-

35) vid. not. 27.

tantummodo scire lectoris videtur interesse, tam additiones R Mosis Iserles quam annotationes Meyerianas, quarum illae textui hae nostris intermistae sunt accessionibus, literarum typis, ab impressoribus librorum *cursiv* appellatis, esse exscriptas.

G. H. STVCK.



CON-

CONSPECTVS CAPITVM.

Cap. I.

(quod est in parte Choschen Hamischpat cap. CCLXXXVI.)

De successione hereditaria.

Cap. II.

(Choschen Hamischpat cap. CCLXXXVII.)

Primogenitus sortes hereditatis duas accipit; quis-nam natus pro primogenito habendus? et de ambiguitate primogeniti.

Cap. III.

(C. H. cap. CCLXXXVIII.)

Primogenitus sortem duplificem neque ex mutua data pecunia neque ex meliorationibus capit, & quid, si partem suam vendiderit?

Cap. IV.

(C. H. cap. CCLXXXIX.)

Si quis dicat: hic est filius, vel frater, vel servus meus, & postea neget.

Cap. V.

(C. H. cap. CCLXXX.)

Si quis dicat: hic est meus frater, aut si quis cui dicat: se eius fratrem esse.

Cap. VI.

(C. H. cap. CCLXXXI.)

Si quis bona sua liberis detrahere eaque dare aliis velit.

Cap. VII.

(C. H. cap. CCLXXXII.)

Non approbatur, ut hereditas ei, qui iure heres esse debeat, auferatur.

Cap.

XXVIII CONSPECTVS CAPITVM.

Cap. VIII.

(C. H. cap. CCLXXXIII.)

*De hereditate alieni, profelyti & eius, qui ecclesiam
Israëlis reliquit.*

Cap. IX.

(C. H. cap. CCLXXXIV.)

*Heres non opus habet testibus, quod proximus sit, sed
quod possessor bonorum mortuus sit.*

Cap. X.

(C. H. cap. CCLXXXV.)

*Quid captivi, profugi & voluntario absentis bonis
sit faciendum?*

Cap. XI.

(C. H. cap. CCLXXXVI.)

*Quomodo parentibus orbati & adulti & impuberis ex
patrimonio alantur?*

Cap. XII.

(C. H. cap. CCLXXXVII.)

*Si quis mortuus sit & filios adultos atque impuberis
reliquerit.*

Cap. XIII.

(C. H. cap. CCLXXXVIII.)

*Qua ratione vestimenta filiorum & filiarum in divi-
sione hereditatis taxentur?*

Cap. XIV.

(C. H. cap. CCLXXXIX.)

*Si fratres adulti atque impuberis inter se dividere
velint.*

CAP. I.



CAP. I.

De successione hereditaria.

§. I.

Ordo successionis hereditariae huiusmodi est. 1) Si quis mortuus sit, filius 2) eius hereditatem consequitur. Si filius non adsit, videndum est, an filio posteri sint, 3) sexus five masculini, five feminini, 4) & hi sunt, loco illius, 5) usque ad ultimam generationem, heredes defuncti. Filius autem cum posteros non reliquit, ad defuncti filiam ius hereditarium venit. Si filia superstes non sit, huius posteri, dum adsunt, five mares, five feminae, heredes fiunt omnium honorum. Cum vero filia posteros non reliquit, hereditas ad mortui patrem 6) redit. Patre non superstite, huius nati (qui sunt defuncti fratres 7) hereditatem adipiscuntur. Hoc igitur casu frater eius totam hereditatem accipit. Si autem frater non su-

A per.

persit, eius loco posteri relicti in omne aevum heredes sunt. Si neque frater neque progenies ex fratre adsit, accedunt ad defuncti hereditatem vel soror vel huius posteri ad finem usque mundi. Vbi autem defuncti neque soror neque posteri ex ea reperti fuerint, hereditas ad mortui avum paternum revertitur, quo non superstite avo prognati, qui sunt defuncti patrui, sive ipsi, sive eorum posteri, ad finem usque seculi heredes fiunt. Quodsi patris fratres, aut ex illis posteri non adsit, hereditas venit ad defuncti amitam, eaque mortua, ad huius sobolem ad finem usque aevi. Sorore patris, et progenie ex illa non existante, hereditas redit ad proavum paternum, eoque mortuo, nati eius, qui sunt defuncti patrui magni, vel horum posteri, quousque sint tempore remoti, heredes fiunt. Si denique proavi fratres et posteri eorum desint, hereditatem, vel avi soror, vel huius posteritas nanciscitur per quaevis secula. Quo quidem ordine sursum volvitur hereditatis ius usque ad Reuben. 8)

- 1) Magistri veteres, seu sapientes, ab ordine successio-
nis in sacro codice Numer. XXVII, v. 8-11. praescri-
pto, ope interpretationis, admodum recesserunt.
Nam secundum versus citatos ad successionem vocan-
tur a) filii, b) filiae, c) fratres, d) patris fratres,
e)

- ē) proximi quilibet de gente: at magistri non solum
vocabant: a) filium, b) filiam, c) patrem, d) avum,
e) proavum, f) reliquos ascendentes, habito propinquitatis respectu, sed et singulis hisce heredibus,
si praemortui fuerint relicta sobole, substituerunt
primo loco filios et eorum posteros, dehinc filias
earumque sobolem. Ratio huius interpretationis
vel potius extensionis notis sequentibus indicabitur.
- 2) Quia filius antepositus est filiae, quamvis ambo
aeque propinquai, hinc magistri ubique fratres praef-
ferendos esse sororibus censuerunt SELDEN. de
success. in bona defuncti cap. 1.

Interim filiabus, quae per filios hereditate paterna
arcentur, aliquo modo prospectum est legibus. Ali-
menta enim iis usque ad annos puberratis ex bonis,
qua tempore mortis patri fuerunt, praestanda sunt,
Mischna tit. Bechoroth cap. 8. m. 9. atque si patri-
monium sit exiguum, ad aleandas filias imptiberes
vix sufficiens, repellunt in totum filios ab hereditate
paterna. Mischna tit. Bafa Batra cap. 9. m. 1. cf.
SELDEN. c. l. cap. 9. Porro filiabus, quibus pater,
dum in vivis erat, non prospexit de dono conve-
niente suis facultatibus, vel tantum debetur, quantum
filia, vivente patre nupta, accipiebat. Mischna tit.
Cthusoth. cap. 6. m. 6. vel saltim decima pars bono-
rum a patre relictorum debetur, die nupiarum a
quavis perenda. Et quidem filiabus singulis decima
pars debetur, ita tamen, ut primo nubens decimam
parrem assit, secundo nubens decimam partem eius,
quod deducta parte decima prius nubenti reliquum
est, accipiat, et sic in ceteris filiabus; SELDEN.
l. c. cap. 10. Qui detractus de decimis filiarum po-
steriorum filiis accrescit, atque hoc modo, quaecun-
que etiam sit proportio filios inter et filias, filii singuli
semper plus accipiunt ac filiae singulae. Moribus fi-

liabus magis adhuc prospectum est, cum hodie non solum innuptis, vid. cap. VI. §. 7. sed et nuptis et doratis pater dare soleat syngrapham cautionis loco, quod post mortem suam accepturae sint dimidiam filii portionem. Adlers jüdische Contracte, n. 30. 31. 34. 35. Quidquid antistes Halensis Baruch Bendix in testamento sub 1769 confecto filias ianuptas cum filiis exaequavit hereditate, quae dispositio per sententiam a quinque Rabbinis provincialibus, ideo auctoritate, latam confirmata est, uti ex actis in Praetorio Halensi reperiundis animadvertisimus.

- 3) Rationem vocandi in successionem posteritatem cuiusvis heredis in sacra scriptura nominati deprehenderunt Rabbini in verbis textus, si filium, filiam, fratres non habuerit. Cum enim ibi vox ebraica exhibita sit, quae non simplicem negationem: si non existiterit, sed negationem absolutam: si plane nihil de filio &c. existens sit, indicat, ex hoc concluderunt, quod mens fuerit summo numini, ad filiam, patrem, patruum, gradatim ad successionem vocatos, hereditatem non prius transferendam esse, quam si de filio, filia, fratre plane nihil existens sit, i. e. si neque dictis personis neque cuivis earum posteri sint. M. Ex quo in Mischna tit. Bafa Batra cap. 8. m. 2. sententia proposita: quicunque in successione ipse anteponendus est, eiusdem etiam universa proles, e femore eius egressa, est anteponenda.
- 4) deficientibus scilicet masculis, ut potioribus, vid. not. 2.
- 5) non iure representationis, seu per fictionem, quod natus ex filio filius ipse sit, sed iure devolutionis, seu singendo, filium ipsum patri successisse, posteaque hereditatem in posteros suos transmisisse. vid. §. 3. h. c.

6)

- 6) de patris successione in sacris litteris Num. XXVII,
v. 8-11. neutiquam fit mentio, sed cum filia deficit,
immediate post eam fratribus, emissio patre, succe-
sio tribuitur, itidem patruis, excluso avo, si fratres
non adsint. Verum enim vero magistri, aegre fe-
rentes, patrem et avum a fratribus et patruis exclu-
di, successionem patris et avi elicere ausi sunt ex
verbis versiculi 11: dent hereditatem ei, qui de
eius gente ad eum propinquitate proximus accederet,
quasi per hysterologiam locutus sit summus legislator:
si filiam non habuerit dabitis hereditatem eius
consanguineo, eius propinquiori, qui fuerit de
agnatione eius (seu patri,) et postea dabitis heredi-
tatem fratribus eius, vid. SELDEN. de success. in
bon. defunct. cap. 12. Quidquid sit, vetustissimi iam
magistri de consuetudine Ebraeorum, praferendi
patrem et avum fratribus et patruis in successione ab
intestato testimonium perhibuerunt. SELDEN. l.c.
- 7) tam germani quam consanguinei, Mischna tit. Bafa
Batra c. 8. m. 1. ibique RABE not. 44, Interim fra-
tres vel sorores eorumque posteri non iure proprio
succedunt, sed iure per patrem in eos devoluto, quod
Rabbi in sepulcro alicui succedere appellant, se-
cundum fictionem in §. 3. h. c. prolatam, alias avus,
ut magis propinquus, excluderet fratri liberos, tam
primi quam remotiorum graduum. Idem dicendum
de patruis et patruis magnis.
- 8) i. e. usque ad primum gentis vel tribus auctorem.
Ceterum huncce successonis ordinem exemplo ex
Maimonide desumto illustrat SELDEN. c. 13.

§. 2.

Si quis mortuus sit, et filiam ut et neptem
e filio reliquerit, haecce, immo abneptis vel et-

A 3

iam

iam ex remotiori generatione, dummodo e filio provenerit, filiae anteponitur, omniumque bonorum heres est, atque filia nihil plane hereditario iure capit.¹⁾ Idemque ius obtinet inter fratri filiam et defuncti sororem, nec non inter patrui neptem et amitam. Eodem modo omnes huiusmodi generis casus deciduntur.

¹⁾ quia neptis vel abneptis e filio per defunctum patrem succedit,

§. 3.

Si quis duos filios habuerit, patre vivente mortuos, eorumque alter tres filios, alter filiam unicam reliquerit, et postea ipse senex decebat, huius unica filia dimidiam hereditatis partem caput, et illius tres filii heredes sunt ex altera parte. Nos enim hanc rem non aliter tractamus, ac si ambo filii adhuc in viuis fuissent atque hereditatem aequis partibus divisissent et unusquisque partem hereditatis acceptam liberis suis relinqueret. Eodem modo fratum filii atque patruorum filii usque ad initium prosapiaæ hereditatem inter se partiuntur.¹⁾

¹⁾ ideoque successio ubique in stirpes fit, numquam in capita, non solum, si nepotes aut neptes, sed et, si fratum patruorum aut patruorum magnorum liberi succedunt.

§. 4.

§. 4.

Cognatio materna minime appellatur familia seu propinquitas, quia mater neque filiorum neque filiarum heres unquam est.¹⁾ Fratres igitur ex matre, sed non ex patre simul, invicem non succedunt²⁾ sed quaeque familia patri suo succedit. (*Et quamvis ex patris familia heredes non adsint, matris tamen familia non succedit, sed defunctus tamquam peregrinus habetur, cuius bona sunt libera.* Terumat Hadeschen §. 352.) Matris autem bona filius, aut si illi non sit filius, filia hereditario iure capit; iura enim circa materna bona eadem, quae circa patris bona, obtinent.³⁾ Nam et filius et filia in matris bona succedunt,⁴⁾ sed filius eiusque posteritas⁵⁾ filiae anteponitur.⁶⁾

1) Liberi autem, per praemortuam matrem, succedunt cognatis suis, quorum heres mater ipsa foret, si vi veret, v. c. avo materno et aviae, avunculo, materterae cet. v. RABE ad Misch. tit. Bafa Batra c. 8. m. l. n. 45. conf. cap. X. §. 9.

2) nec avus maternus ceterique n. r. h. nominati, quia mater ipsa non succederet.

3) Liberi in matris bona tantum omnimode succedunt, si mortua sit vel vidua, vel repudiata, vel maritata quidem (vinculo scilicet matrimonii non soluto,) at tamen aut expulsa a marito, aut tamquam vitiosa ab eo inique accusata, item ubi fuerit surda tempore nuptiarum, aut ubi maritus eam duxerit absque con-

sensu patris. Si moriatur maritata, nec a marito una ex dictis iniuriis affecta, nec surda fuerit, nec sine consensu patris ducta, liberi partem solummodo bonorum matris nanciscuntur. Illa nempe tantum bona, quae in matris potestate non fuerunt durante matrimonio, ideoque in mariti eius potestatem venire nequierunt, ad liberos iure hereditario pertinent, v. c. pecunia a matre ante nuptias mutuum collocata, et, vivente ea, non exsoluta: nomina, quae hereditate obvenerunt matri connubio iam iunctae, a creditore nondum expedita. Reliquorum bonorum, quae in matris potestate fuerunt quovis matrimonii tempore, sive sint bona, veluti pecus ferreum, sive bona deplumationis, (de qua differentia vid. SELDEN. uxor ebraica cap. 9.) maritus eius est heres legitimus, nec filii aut filiae, vivo patre, eorum quid accipiunt, uri docet R. KARO ut in Partis Eben Haefer cap. 90. cum ceteris capitibus de dote et litteris dotalibus a Dn. MEIER latine redditio, olim forsan edendis. Post mortem demum patris filii aut filiae bona matris suae adipiscuntur praecipua, seu prae liberis ex alia uxore prognatis, vid. SELDEN. de success. cap. 2. nisi testamento pater aliud statuerit. Hodie pactis dotalibus caveri solet de successione maritali, iisque constitui, ut maritus, quatenus uxor vel primo vel secundo vel tertio coniugii anno deceperit, aut exheres sit, aut ex semisse, aut ex asse heres fiat bonorum uxor. v. Adlers judische Contracte n. 35.

4) ideoque et filii plures, diversis patribus geniti, succedunt aequis partibus in bona matris propria, dotem vero atque incrementum dotis filii duntaxat illius mariti, qui dotaverat, accipiunt, quae successio ex conditione dotali appellatur. SELDEN. cap. 2.

5) tam masculina quam, ea deficiente, feminea, quo-cunque etiam gradu sint remoti posteri, non habito respectu, quaenam sit paterna eorum familia? aut ex

ex quot familiis sint oriundi, eum posteri semper
maneant.

- 6) Si filiae matri succedunt, adultae impuberibus ad alimenta praebenda non obligatae sunt, etiam si bona sint exigua, alenid impuberibus vix paria, sed aequae dividunt, et impuberis ex suis fortibus alimenta capiunt. Mischna tit. Bafa Batra cap. 8. m. 8.

§. 5.

Filius mortuus matri suae non in sepulcro aut ita succedit, ut ad fratres consanguineos suos hereditatem transmittat. Quodsi enim filius mortuus sit matre vivente, atque post illum ea demum moriatur, nobis dicere non licet, si filius adhuc viveret, succederet matri, sed quia posteritatem non reliquit, ad fratres e patre hereditatem matris transmittit: hereditas potius ad patris defunctorum familiam venit, quoniam filio non est posteritas. Mater vero, si filio vivente mortua posteaque demum defunctus sit filius, etsi puerulus unius diei, matrique tantummodo per unicam horam superstes, succedit et transmittit hereditatem ad patris familiam. (*Quod quidem non fit, nisi puerulus re vera natus sit, embryo enim, si scilicet mater praegnans defuncta sit,*¹⁾ matri non succedit nec transfert hereditatem ad heredes agnatos.

Tur. §. 8.)

1) vel si partus editus sit, qui minime in utero complevit mensis suos, cum is neutiquam vitalis sit,

S E L D E N. ibid. cap. 7. saltim vitalis non fuisse reputetur. Menses autem suos, secundum principia Ebraeorum, complevisse foetum, si mense septimo natus fuerit, colligendum est ex Mischna tit. Bechoroth cap. 8. m. 1.

§. 6.

Omnes, qui sunt propinquiores,¹⁾ etiam si transgressione geniti, succedunt, ac si plane legitimi fuissent. Quo modo? si cui sit filius mamzer,²⁾ seu frater mamzer, hi in bona patris succedunt non aliter ac alii filii, alii fratres. At filius ex ancilla vel peregrina suscepitus, nullo modo habetur pro filio,³⁾ quippe qui ne res minoris pretii quidem hereditatis iure, nec usum-fructum ex aliqua re capit, etiam si pecunia⁴⁾ non sit,⁵⁾


1) ex femina prognati Israëlitica tam legitimi, ex matrimonio legitimo, quod per pæcta dotalia contrahitur, prognati, quam naturales, qui duplice generis sunt, vel ex concubinis, (feminis absque pæctis dotibus ac ritibus nuptiarum sibi iunctis) vel transgressione legis divinae, seu ex coitu litteris sacris prohibito progeniti, **S E L D E N.** de success. c. 3. Excipit tamen R. K A R O infra cap. 2. §. 10. natos ex feminis, quibuscum matrimonium inire absolute prohibitum est, vid. ibid. n. 3.

2) **S E L D E N V S** de success. cap. 3. satis copiosus est in colligendis tam scriptorum ebraeorum, quam christianorum interpretationibus, quid sub voce mamzer intelligendum sit. Sufficiat ex Mischna tit.

Je.

Jefamoth cap. 8. m. 13. adduxisse, quod secundum opinionem, quam Simeon Themanites protulit, mamzer sit natus ex matrimonio, coelitus quasi per manum divinam excisione plectendo, quodque secundum eum sit Halachah, i.e. sententia recepta, at ex coitu generatim duntaxat vetito non nasci mamzerem sed illegitimum, SELDEN. ibid.

- 3) Sed conditionem matris sequitur. RABE ad Mischnit. Jefamoth cap. 2. m. 5. Dona tamen ei dare potest pater. Immo talis filius patris, viri probi, assertione, servum illum non esse, sed suum filium, aut huius matrem manumissam fuisse, filios inter legitimos seu heredes locum obtinet. SELDEN. de successi. cap. 4. conf. tamen infra cap. 4. §. 6.
- 4) pecunia synecdochice pro bonis sumta, et tunc sensus est, licet ususfructus non ad bona seu id, quod obiectum hereditatis constituit, pertineat.
- 5) ut quae haetenus de successionē collateralium per patrem et matrem dicta sunt, uno quasi intuitu perspiciantur, exemplum quosvis casus complectens annetendum censuimus, de quo notandum est, litteras consonantes indicare masculos, vocales vero feminas,



C. moritur relictis propinquis N, P, U, O. M. S.
Non nisi N. P. et U, quisque ex triente, eius heredes
sunt: non S, cum eius mater A, si B, heres fuisse

po-

posteaque obierit, iam per D. exclusa fuisset: non M, quia matrem E. fratres sui G. et H., patris D. hereditate iamiam arcuerunt: non O, siquidem per fratrem L. ab hereditate patris H. remota. N. autem heres est per matrem praemortuam, quae secundum dicta ad §. 4. n. 1. h. c. in locum patris sui successisset.

C A P . II.

Primogenitus sortes hereditatis duas accipit: quisnam natus pro primogenito habendus? et de ambiguitate primogeniti.

§. I.

Primogenitus ¹⁾ sortem capit duplificem ex bonis paternis, ²⁾ et quidem hoc modo: si quis filios quinque reliquerit, quorum unus est primogenitus, hic pecuniae tertiam partem et reliquorum quisque sextam accipit. Quodsi novem reliquerit filios, primogenitus quintam partem et ceterorum quisque decimam partem capit, eodemque modo hereditas, quovis obveniente casu, est dividenda.

1) Primogenitus quisque dupli sensu dicitur, vel respectu sacerdotis seu sanctitudinis, vel respectu successionis seu hereditatis. Mischna tit. Bechoroth c. 8. m. I. SELDEN. de success. cap. 7. Hic tantum de iure

iure primogeniturae ratione hereditatis seu duplicis primogeniti portionis exsolvendae agitur. Quod ius ante Mosis iamiam tempora introductum esse videtur, cum nulla in Pentateucho reperiatur lex primogeniti in bonis defuncti praerogativam praecipiens, sed Deut. XXI, v. 16. et 17. casus tantummodo specialis decidatur, ne scilicet patri liceat, in praeiudicium primogeniti, filium postgenitum primogenitum facere; sed quod debeat primogenitum agnoscere, assignando ei duplēm omnium, quae apud illum reperiuntur, bonorum partem.

- 2) In decadendis iuris primogeniturae causis strictissime inhaeserunt sacri codicis verbis Rabbini veteres, qui in casibus successionis ab intestato per interpretationem benignam toties ab eo recesserunt. Ratio forsan in eo quaerenda est, quod ius primogeniturae tollat inter coheredes paritatem, cuius conservatio iis in votis fuit. vid. cap VII. §. unica.

§. 2.

Quas quidem duas partes tanquam unam partem primogenitus, non autem separatas accipit. ¹⁾

- 1) Veluti, si in bonis defuncti inveniantur duo agri adiacentes, reliqui solitarii sint, primogenitus ad duos solitarios accipiendos cogi nequit. Vid. SELDEN, de success. cap. 6. in fin.

§. 3.

Primogenitus, qui post patris mortem natus est ¹⁾ duas hereditatis partes non accipit. ²⁾ Quod si vero frons eius apparuerit patre vivente, quam-

quamvis totum corpus post mortem demum patris editum fuerit, duas nanciscitur partes. 3) (*Nonnulli sunt dicentes, quod is, qui natus sit, cum animalia pater ageret, duas sortes non capiat. Ni muki Joseph nomine Tossaphot.*)

- 1) Scilicet, si quis mortuus sit et uxorem praegnantem reliquerit, quae postea peperit gemellos, seu si quis duas uxores reliquerit gravidas. SELDEN. cap. 7: circa finem.
- 2) Non enim natus est patri, si quidem tempore nativitatis iam defuncto: iam vero Deut. XXI, v. 15: de primogenito dicitur, quod natus sit ei sc. patri.
- 3) Id quod etiam ex Gemara Babylonica et Maimonide tradit SELDEN. l. c.

§. 4.

Primogenitus tantum est, cuius sexus, dum nascebatur, 1) apparebat, qui autem postea lace rato 2) involucro, masculus inventus est, duas non accipit partes. Ita etiam infans postgenitus, qui, postea quam fuit laceratus, masculus inventus est, primogeniti partem non diminuit, quia in sacra lege scriptum est, et parturiunt ei filios, nisi sit filius tempore partus. Hac autem ratione partem primogeniti non diminuit: v. g. si patri sit filius primogenitus, filii duo vulgares 3) et talis, cuius sexus non apparuit, qui tamen postea masculus inventus est: primo geni-

genitus quartam pecuniae partem accipit, ac si
is, cuius genitalia obstructa fuerant, non adsit,
sed duo tantummodo vulgares, ceteras autem
tres partes, duo vulgares fratres cum obturato
et primogenito aequie inter se 4) partiuntur.

1) quod ex verbis sacri codicis Deut. XXI, v. 15. ge-
nueritque ei filios, eliciunt magistri. SELDEN.
cap. 11. circa finem.

2) Casus hic proponitur: si infans natus sit, cuius
genitalia in expansa infimo super abdomine, sacculi
instar, cute ita latent, ut, masculini an feminini
sit generis nesciatur, posteaque, disiecto hoc in-
volucro masculus appareat. Plane nos fugit, utrum
partus huiusmodi unquam existiterit, de quo ob-
servations medicae, quod quidem sciamus, tacent,
an vero veteres Rabbini talem cogitatione fixerint
partum, Tumtum vel Tomtom in Mischna tit. Bafa
Batra cap. 9. m. 2. appellatum, appellatione a verbo
primitivo derivata, quod obstruere, obturare signi-
ficari, quasi Tomtom sit infans tali modo obstructis
genitalibus praeditus, ut, masculus an femina sit, in
dubio ponatur. SELDEN. de success. cap. 11. in
initio.

3) filii vulgares dicuntur Rabbinis, qui non sunt pri-
mogeniti, gemeine Söhne.

4) i. e. in quatuor partes. Itaque si bona a patre tem-
pore mortis possessa constent 1600 uncialibus, pri-
mogenitus capit 400 unciales primogeniturae iure
et 300 unciales pro porzione virili, reliquorumque
filiorum quisque itidem 300 unciales.

§. 5.

§. 5.

Puerulus unius diei partem primogeniturae praerogativa debitam diminuit,¹⁾ non autem, qui adhuc in utero erat, post patris demum mortem prognatus, partem primogeniturae praerogativa debitam diminuere potest.²⁾

1) Ponamus, patrem reliquisse 1600 unciales, et quatuor heredes filios, inter quos est vel puerulus unius diei, vel posthumus. Priori casu, bona in quinque dispescuntur portiones, quartum duas accipit primogenitus, unam tamquam partem primogeniturae praerogativa debitam, alteram uti portionem virilem, seu dnas quincunces, i. e. 640 unciales, ex reliquis quilibet quineuncem sive 320 unciales nanciscitur. In casu posteriori eodem proceditur modo ac not. 4. ad §. 4. h. c. dictum est.

2) Absolum hoc est principiis iuris romani, quod nasciturum, quoties de eius favore agitur, pro nato habendum iubet. Iam autem posthumus, quoniam primogeniturae portionem non diminuit, deterioris est conditionis, quam si iam natus fuisset: nam priori casu, 300 tantum unciales ex hereditate in not. 4. ad §. 4. et n. 1. ad §. 5. exempli causa prolata accipit, posteriori, 320 acquisivisset unciales. Verum, cum analogia iuris iudaici omnino convenit, quippe quod ubique adsumit, in portione praerogativa primogeniturae debita determinanda respiciendum esse ad momentum, quo pater mortuus est. Scilicet a) primogenitus post patris mortem natus portione duplice non gaudet, b) primogenitus, cuius frons apparuit patre vivente, capit duas partes sec. §. 3. h. c. c) primogenitus bonorum, quae in potestate patris, cum moreretur, non fuerunt, duplum

cem sortem haud nanciscitur, vid. infra cap. 3. §. 3.
d) neque ex meliorationibus, quae post mortem pa-
tris fundo accesserunt; in quantum mutationem in-
volvunt, praecipuum primogeniturae acquirit, vid.
§. 6. Quid mirum igitur, quod e) agnatio posthu-
mi portionem primogeniturae debitam non minuat?
Addendum sine dubio est, f) quod primogeniturae
portio non augeatur uno vel pluribus fratribus, divisa
nondum hereditate, sine prole mortuis, dummodo
superstites fuerint patri, quamvis per exiguo momen-
to temporis, cuius quidem casus neque R. K A R O,
neque R. I H U D A H, compilator Mischnae, neque
S E L D E N U S mentionem fecerunt.

§. 6.

Filius post foetum abortivum natus, quam-
vis abortus caput vivum ¹⁾ apparuerit, primo-
genitus est ratione hereditatis. Ita etiam, qui
post partum maturum, cuius caput, dum ap-
paruit, mortuum inventum est, nascitur, pri-
mogenitus est ratione hereditatis, ex eo, quod
scriptum legimus, eius robur primum est, quo-
niam ante illum non natus est filius verus, idem-
que vivus in lucem editus. At, qui natus est
post filium maturum, cuius caput magnam par-
tem vivum apparuit, ²⁾ neutiquam habet ius pri-
mogeniturae.

1) i. e. quamvis obstetrices (quibus alias, tempore
nativitatis testimonium ferentibus, creditur vid. §. 12.
h. c.) cum embryo caput emitteret, dixerint: hic est
partus vivus, signa enim vitae in capite eius animad-

vertimus. Quodsi enim, extracto demum ex matre partu, animadvertisatur, eum menses in utero non complevisse, obstetricum testimonio non creditur, quia abortus neutriquam vitalis est, nec pro partu vitali reputatur. SELDEN. cap. 8. Aliam profert RABIAS rationem in Mischna tit. Bechoroth cap. 8. m. 1. not. 38., quia, inquiens, primogenitus patris robur seu virium eius principium appellatur, de quo, moriens, potissimum sollicitus est, id quod in abortu seu infante, quod ad caput tantum emisso, locum habere non potest, quippe quem singulari prosequi amore non valet. Sed ratio prolata non arridet, tali enim modo defectus propensionis patriae impedire posset, quo minus quis sit primogenitus, id quod veritum est Deut. XXI, v. 16.

2) quamvis vivus ex utero non fuerit extractus.

§. 7.

Filiorum neque is, qui ex latere excisus, neque is, qui post eum natus est, neuter primogenitus ¹⁾ est, neque prior, quia non prognatus est, et in sacro codice dicitur: et pariunt ei filios, neque posterior, quia iam ante eum aliis in lucem editus est.

1) Auctor R. SIMEONIS sententiam, quod scilicet caesus duas portiones capiat, Mischnae tit. Bechoroth cap. 8. m. 2. adiectam omisit, cum a reliquis magistris reiecta sit. SELDEN. cap. 8.

§. 8.

§. 8.

Primogenitus ratione hereditatis is est, qui patri primus filius existit, ¹⁾ quoniam in lege sacra dicitur, hic enim robur eius primum est, nec ad matrem respicimus. Quamvis enim mater multos iam ediderit liberos, ²⁾ is tamen duas partes accipit, quia patris est filius primus.

1) addē: et natus est et quidem ex persona, quae duci potuit in uxorem.

b) ab alio patre genitos.

§. 9.

Qui, dum gentilis seu alienus ab Israëlis ecclesia erat, habuit filios, is proselytus factus non habet primogenitum ratione hereditatis. Quod si autem viro Israëlitico, quamvis filium suscepit ex ancilla seu gentili, (modo eum pro filio non agnoscat, ¹⁾ natus post modum fuerit ex coniuge Israëlitica filius, is primogenitus est ratione hereditatis, et duplicem capit portionem.

1) neque verbis neque factis. vid. cap. IV. §. 6.

§. 10.

Primogenitus, qui est mamzer, duas capit partes, quoniam in sacra scriptura dicitur: sed natu maximum exosae ¹⁾ pro primogenito

B 2

agno-

agnoscet. Quod vero tantum dictum sit, si matrimonio sibi iunctam habuerit exosam, nec opus est, ut addamus; intelligitur enim per se, nisi primogenitus sit e femina repudiata, vel tali, quae calceum exuit. 2)

1) Vacillat haecce ratio: non omnes enim feminae, quarum filii mamzeres appellantur, coniugibus suis sunt exosae, quid? quod potius conieaturandum sit, talem nimio amore captum illegitimum hocce contraxisse matrimonium, summo numini adeo invisum, ut poena excisionis plectendum pronunciaverit. Vera ratio in eo consistit, quia mamzeres succedunt patri ceu alii filii. sec. §. 6. cap. I.

2) neque enim marito licet uxorem divortio eiectam seu repudiatam posteaque alteri marito nuptam, foluto licet posteriori coniugio, iterato in matrimonium ducere, Deut. XXIV, v. 1-4. neque leviro fratrem, cui semel renunciaverat, coniugio sibi iungere integrum esse. SELDEN. *uxor hebraica* cap. I. Ceterum sequitur, ut ex huiusmodi coitu natus, cum primogeniti iura ei denegentur, nec filius, sed pro tali reputandus sit, qui conditionem matris sequi debeat, quales sunt nati ex ancilla et peregrina.

§. II.

Si dubitemus, an quis sit primogenitus nec ne, verbi causa, si cum alio puero commutatus sit, is duas partes non accipit. 1) Et hac quidem ratione iudicamus: si olim agniti, 2) posteaque mutati fuerint filii, ambobus damus pri-

privilegium primogeniti partis accipiendae: si vero agniti olim non sint, v. c. eodem tempore in antro nati, partem primogeniti non accipiunt. (*Quodsi dubium sit, utrum filius novem mensium ex marito priori sit, an filius septimestris ex marito posteriori prognatus, 3) is neutri heres est, neque ille, qui post eum natus est, primogeniti portionem accipit, nequidem ex privilegio dubii causa Tur.*) 4)

- 1) Primogenitus commutatus numquam partem primogeniturae debitam accipit: vel enim, priori casu, ambo, et primogenitus et postgenitus, commutati, portionem primogeniturae capiunt inter se dividendam, ideoque primogenitus dimidiam tantum portionis primogeniturae partem nanciscitur, vel, posteriori casu, plane nihil portionis huius nomine accipit.
- 2) Ratio, cur filiis commutatis portio primogeniturae debita interdum adiudicetur, interdum non, si scilicet olim agnitus fuerit primogenitus, vel minus, non videtur adaequata. Crediderimus potius, distinguendum esse, utrum filii commutati uni eidemque patri, sive gemelli, sive ex diversis uxoribus, an diversis patribus sint pregnati. Priori casu, ambobus portio primogeniturae assignanda videtur, etiamsi in antro ex utero extracti sint, neuterque eorum umquam pro primogenito agnitus fit. Contra fratres enim postgenitos itidem, ac si unus eorum olim pro primogenito agnitus fuerit, pro obtinenda primogeniturae portione, asserere possunt, inter se esse primogenitum. Iam vero, etiamsi filii ex diversis patribus pregnati, unus primogenitus, alter postgenitus, in apice editi fuerint, et vel per sexcentos probare

possint testes, tempore partus primogenitum ab omnibus agnitus fuisse, quid inde? cum postea commutati fuerint. Potestne quisque eorum hisce testibus suos convincere fratres postgenitos, se esse primogenitum? Quid? quod si ambo commutati fuerint primogeniti diversorum patrum, ne tunc quidem haec cuique sufficerent circumstantiae ad probandum iudicari, se esse primogenitum illius, in qua degit, familliae. Certe Mischna tit. Bechoroth cap. 8. m. 1. dum casum posteriorem (prioris enim non facit mentionem) decidit, exempli loco adducit, uxorem laici et uxorem sacerdotis, diversorum itaque maritorum coniuges, simul peperisse.

3) Si nempe femina, finito priori matrimonio, a secundis non abstinerit nuptiis usque dum tres integri menses praeterlapsi sint, posteaque, mense septimo filium pepererit. Mischna tit. Bechoroth 1. c.

4) quia privilegium dubii causa non dat actionem sed exceptionem, vel quia dubium seu res dubia non ad fundandam intentionem, sed tantum ad depellendam actionem sufficit, ideoque filium, septimo secundarum nuptiarum et nono post finitum primum matrimonium mense prognatum, fratres progeniti ope privilegii dubii causa paterna quidem hereditate arcere possunt, sed senior horum postgenitorum actionem in eo fundare nequit, quod incertum sit, an frater praedictus septimestris patris primogenitus sit.

§. 12.

Trium testimonia valent respectu primogeniti, obstetricis, matris atque patris; obstetricis statim partus tempore, si dicat; hunc exiisse primum

mum, matris per septem a partu dies, si dicat: hunc esse ex gemellis primogenitum, ¹⁾ patris vero omni tempore. Itaque si dicat pater, hunc esse filium et primogenitum suum, licet pro filio suo eum non habuerimus, creditur ei, item, si dicat: hunc non esse primogenitum suum, quamvis eum pro tali habuerimus, valet. (At-tamen, cum pater olim dixerit, hunc esse primoge-nitum suum, postea dicere non potest alium esse pri-mogenitum suum. Tur. f. 16. nomine R. M. N.)

1) priusquam circumcisus et nomine donatus sit filius.

§. 13.

Si testes, patrem dixisse, audiverint: hic filius meus est primogenitus meus, is capit duas partes. Si autem, dixisse eum tantum, audi-verint: hic filius meus est primogenitus, is duas non accipit partes, forsan enim pater hoc dixit, ut demonstret, eum esse matris primogenitum. Quodsi autem pater verbis usus sit, ex quibus concludendum, voluisse eum indigitare, quod talis sit sius primogenitus, is duas nanciscitur portiones. Verbi causa, si dixerit: hic filius meus est primogenitus et saliva eius sanat mor-bos oculornm. Ex traditione enim accepimus, salivam primogeniti patris, non autem matris,

mederi oculis. (*Sic etiam, si pater mortuum filium planxerit hoc modo: ab filium et progenitum meum! hoc valet. R. J. K. ff. 141.*)¹⁾

1) quamvis verba tantummodo sint enunciativa, mortuus tamen pro primogenito habetur, et portio primogeniturae devolvitur ad eius posteros.

§. 14.

Si pater obmutuerit,¹⁾ inquirendum est ut in repudio,²⁾ an notaverit scripseritque, quis ex filiis primogenitus sit, quo facto annotatus duas nanciscitur partes.

1) Illustranda est haecce §. satis alias obscura ex §. I. cap. 4. atque paraphrasis erit: si pater quidam cum filiis impuberibus advena obmutuerit et ignoretur, quis sit primogenitus, videndum prius, an pater primogenitum scripto annotaverit, eoque reperto, cum sola scriptura non valeat, procedendum est ut in repudio. Pater scilicet praecedente tria interrogazione, in scripto nominatum revera primogenitum esse, gestibus ut affirmet, necesse est. Quo facto hic duas nanciscitur partes, non ex eo, quod scriptura reperta sit, sed quod pater per indubitata declaraverit signa, scriptum hoc et omnia, quae eo contenta sunt, valere debere.

2) *Quomodo auctoritas ad libellum repudii uxori dandum a muto interponi debeat, docet JOSEPH KARO parte Eben Haeser cap. 121. ff. 5. mutus, inquiens, interrogatus an velit, ut uxori suae libellus repudii detur?* Si adnuat, primo de aliis rebus interrogandus est, semel affirmative et bis negative, et postea de libello repudii dando semel negative et bis affirmative, quodsi

quod si negativae quæstionis non adnuerit, affirmativaem omnino adnuerit, libellus-dimissionis scribitur et uxori datur: quia tunc trina vice consensus interpositus est. M. Conf. Mischna tit. Gittin cap. 7. m. 1.

§. 15.

Si cuidam duo fuerint filii et inter eos primogenitus, atque ambo, patre vivente, decesserint, relictis liberis, filia scilicet ex primogenito atque filio ex vulgari: filius ex vulgari relictus tertiam bonorum partem accipit, et filia primogeniti duas partes, quippe quae fuissent portio duplex sui patris. ¹⁾

1) Si plures sint primogenito vel filii vel filiae, portio primogeniturae praerogativa debita ad omnes pertinet. Apparet ex hac §. hanc portionem primogenito competere iure hereditario, non iure singulari, quippe quod in heredes transferri non potest.

C A P . III .

Primogenitus sortem duplificem, neque ex mutua data pecunia, neque ex meliorationibus capit, et quid, si partem suam vendiderit?

§. I.

Primogenitus duplificem accipit sortem ex bonis paternis, non autem ex bonis maternis, ¹⁾

quamvis sit natu maximus et patris et matris: bona namque matris primogenitus eiusque fratres aequis partibus dividunt.

- 1) Quia secundum Deut. XXI, v. 17. ius duplicis facultatum partis exigendae primogenito in bonis tantummodo paternis datum, vel potius consuetudine introductum ius confirmatum est, v. n. 1. ad cap. 2. §. 1.

§. 2.

Si quis mortuus sit, vidua et filiis relictis, viduaque post eum deceperit, priusquam iuraverit ¹⁾ instrumenti dotalis causa: ²⁾ omnia patris bona in potestate heredum sunt, quorum duas partes accipit primogenitus.

- 1) Se dotem atque incrementum dotis, in instrumento dotali sibi a marito et ex bonis mariti assignatis, nec remisisse, nec antea cepisse, sine quo sacramento dotem vidua minime exigere potest, SELDEN. de success. cap. 2, nec in heredes transfert ius exigendae dotis atque incrementi dotalis iureiurando non confirmatum. RABE ad Mischn. tit. Cthufoth, cap. 10. m. 1. n. 39. Formulas huiusmodi iurisuardi vid. in Adlers jüdischen Contracten, n. 12. & 37.

- 2) Non integras litteras dotaes, quae vulgo Ketuba au- diunt, vidua iuramento firmare debet, sed tantum dotem atque accessiones dotaes. Propria etenim bona, sive illata sive quae postea accesserunt, vidua recipit sine iuramento. KARO p. IV. Eben Haeser cap. 88. §. 1. ideoque in potestate heredum non sunt. M.

§. 3.

§. 3.

Bonorum, quae post mortem patris accesserunt, fortem duplicum primogenitus non accipit, sed illorum tantum, quae, dum decessit, in possessione habuit, quia in sacra lege scriptum est: de omnibus, quae apud illum reperiuntur. Exempli causa, si quis eorum decesserit, quorum heres pater, si vixisset, fuisset, primogenitus et filius vulgaris aequales nanciscuntur partes: ¹⁾ sic quoque, si pater pecuniam mutuam dederit, ²⁾ eam fratres cum primogenito aequo partiuntur.

1) Secundum iuris succedendi Ebraeorum principia hicce casus aliter decidendus videri poterat. Cum enim liberi neque in avi aut proavi, neque in propinqui ex latere bona hereditario iure succedant, nisi per patrem, vel ex iure a patre in eos devoluto, vid. cap. I. §. 3. quid vetaret, ut concludamus, primogenito, ex ratione in sacro codice prolata, quod patris virium principium sit, ex huiusmodi bonis duplicum omnino tribuendam esse portionem? At Rabbini, quod iam diximus in n. 2. ad §. 1. cap. II. in iure primogeniturae restrictiva usi sunt interpretatione.

2) de quo videatur infra §. 7.

§. 4.

Si pater vaccam elocatam vel in agro pa-
scentem reliquerit, eaque vitulum ediderit, pri-
mo-

mogenitus et de illa et de partu duas sortes accipit. ¹⁾ *(Nonnulli contrariae sunt opinionis. Tur. cap. 4. nomine R. ASCHER.)* Si pater heredibus servum vel iumentum reliquerit, primogenitus etiam ex his duas partes, et filius vulgaris unam accipit, et quidem hoc modo: illi per duos dies, huic per unum diem vicissim praefant operas. MORDOCHAI ad tit. *Bafa Batra* cap. 1.

1) Quia naturalis melioratio est, de qua in §. 6.

§. 5.

Si cuidam amicorum pater ¹⁾ pecus quodam iugulaverit, posteaque defunctus sit, primogenitus etiam de huius pecoris dono partem duplice nanciscitur.

1) Nimirum sacerdos, cui de iugulato sacrificio armum, maxillas, omasum dare, sacrificium offerens debebat, Deut. XIIIX, v. 3. quod donum necessarium, cum iam promeritum fuerit, in defuneti bonis esse censetur. Haec dispositio applicari posse videtur ad mereudem, quae personae illi ad iugulanda pecora publice constitutae, dem Schächer, debetur.

§. 6.

Primogenitus non capit duplice sortem ex meliorationibus, ¹⁾ quae post mortem patris accesserunt, sed melioratio ²⁾ praesenti pecuniae aequi-

aequiparatur, 3) et quod supereft, ad alterum fratrem pertinet. 4) Quod quidem fit, si mutatio intercesserit, v. c. si in agro fruges fatae, vel in silva palmulae plantatae sint. Si vero a natura meliora facta sint praedia, nempe, si arbor parva maior et crassior exstiterit, vel ad agrum lutum 5) accesserit, primogenitus duas utique harum meliorationum partes accipit, minime autem, si sumtibus melioratio acquisita sit.

(Hoc tantum locum habet, si primogenitus fratres non impedierit, quo minus bona meliora facerent. Cum autem iis dixerit: ne bona faciatis meliora, usque dum divisa sint, hique non obtemperaverint ei, bonaque nihilominus meliora reddiderint, primogenitus, si mutatio non intercesserit, capit duas meliorationis partes, mutatione vero facta, nec sortem duplarem meliorationis habet, nec damnum 6) in eum redundat. Tur.)

1) Melioratio hic et in sequentibus late accipitur pro quibusvis accessionibus iuris Romani naturalibus, industrialibus et mixtis, ideoque et fructibus. Nam ius Judaicum distinguit tantum inter meliorationes naturales et industrielles, et mixtas sub industrialibus comprehendit. In industrialibus, si primogenitum inter et filios vulgares quaestio oriatur, vindendum est, an mutatio intercesserit vel non: inter coheredes videndum est, utrum labore et sumtibus, an sola vigilantia unius ex coheredibus melioratio effecta sit, de quo agitur cap. XII.

2) industrialis.

3) vel

3) vel potius **res illa**, quae per accessionem industria-
lem melior facta est, aestimatur, quanti constituerit
tempore mortis patris, seu ante meliorationem fa-
ctam, Mischna tit. Bechoroth cap. 8. m. 9. postea in-
quiritur, quodnam ei premium sit post melioratio-
nem; de quo si detrahatur prior summa, quod re-
liquum est, valorem meliorationis constituit, v. c.
si per specificationem uvae in vinum mutatae fue-
runt, taxantur uvae per peritos, dehinc vinum ex
iis confectionum, et quod superest deductis uvis, me-
liorationis nomine venit. Planius dici posse: pri-
mogenitus capit duas portiones ex meliorationibus
naturalibus, non autem ex industrialibus, si in iis
mutatio intereesserit, neque ex reliquis, nisi fratres
impediverit. Ab industrialibus tamen separari de-
bet, quod ad eas efficiendas erogatum est ex bonis
paternis, quae fuerunt tempore mortis, siquidem
ex his portio duplex primogenito competit. Mischa-
na tit. cit. cap. 8. m. 9.

- 4) qui sua opera rem meliorem fecit.
- 5) R. NISIN hoc ita illustrat, si ager sterilis et macer
inundatione fluminis, quod lutum ex aliis lacis adpor-
tavit, pinguis redditus sit. M.
- 6) v. c. si vinum, ex uvis factum, corruptum sit, hoc
damno primogeniti non est. M.

§. 7.

Ex pecunia mutua data sortem duplarem
primogenitus non accipit, quamquam per syn-
grapham ¹⁾ credita sit, et quamquam agros pro
eo, quod patri debitum fuit, acceperint. ²⁾
Bona, quae pater cum aliis communia habuit, uti-

que

que in eius potestate fuerunt. R. J. K. §. 145.)
 Si pater ipsi primogenito ³⁾ pecuniam mutuam dederit: dubium est, utrum ex ea primogenitus duas partes nanciscatur, cum ea in illius potestate sit; an non, cum filius per patrem tantum heres fiat rei, quam pater in possessione non habuit. Ideoque hoc casu primogenito dimidia pars portionis primogeniturae concessa est. Hoc ⁴⁾ autem tantum dictum sit, si pater mutuum dederit sine pignore. (*Tur. cap. 7. nomine R. SIMEON Ben. M.*) Ubi vero a debitore pignus datum in patris possessione reperitur, primogenitus duplēm sortem, quia ut in patris potestate est pignus, etiamsi pignus tantum coperit, cum mutuam daret pecuniam. ⁵⁾ (*Non nulli sunt dicentes, quod hoc tantummodo fiat, si pignus ad Iſraēlitam pertineat, sed quod pignus alieni minime in illius potestate sit, 6) nisi pignus retinuerit, 7) vid. R. J. K.*) Si terra quaedam ⁸⁾ oppignorata sit ⁹⁾ in urbe, ubi ea non redimetur, ¹⁰⁾ de ea duplēm sortem capit primogenitus; sed hoc tantum obtinet, si tempus solutionis non inciderit patre vivente. ¹¹⁾ (*Immo ut in potestate est pignus apud debitorem, et primogenitus ex mutua data pecunia sortem capit duplēm, cum debitor reddit. 12)*

¹⁾ nu-

- 1) nudam, absque constitutione hypothecae: bona enim pignori opposita tanquam in possessione sunt. Dissentit s E L D E N . de success. cap. 6.
- 2) filii post mortem patris: sufficit enim debitum in possessione patris, cum moreretur, non fuisse.
- 3) in convicetu patris, seu in familia patris degenti, quia tunc demum dici posset; pecuniam mutuam filio datam in patris potestate simul esse, cum filius ipse adhuc in patris potestate sit. Quodsi enim filius, cum sumeret pecuniam, iamiam separatam instituerit oeconomiam, neutiquam praetendi potest, pecuniam filio datam in patris potestate esse, in quo tamen ratio decisionis pro auctoritate, des Schnitter Urthels, consistit.
- 4) scilicet, in pecunia mutua data ius primogeniturae ex dimidia parte tantum competere.
- 5) Nempe, si debitor pignus, cum mutuam sumeret pecuniam, ad manus creditoris patris tradiderit, licet hic pignus, vero eius pretio aestimato, reddiderit mutuanti, ad asservandum illud secundum iura pignoris. vid. Adlers jüdische Contracte, n. 25.
- 6) Sensus huius commatis est, quod res per alienum ab ecclesia pignori tradita, atque a patre, aestimato eius pretio, mutuanti redditia ad asservandum, in potestate patris non sit.
- 7) Quia non credendum est, alienum ab ecclesia rem pignori oblatam, si ei reddatur, creditori secundum iura pignoris esse asservaturum.
- 8) ab Israëlite in securitatem pecuniae mutuum a socio religionis acceptae.

9)

- 9) Inter Judeos enim consuetudo est, ut immobile quodam pro debito, post certos, veluti tres vel quatuor annos, reddendo oppignoretur, atque interea, usque dum debitum solvatur, res oppignorata creditoris tradatur conductionis iure, pro mercede annua determinata, de debito contrahendo. M. Huiusmodi contractum exhibit Adler in jüdischen Contracten, n. 25. qui plerumque pallias usuras continet, licet Mischna tit. Bafa Bezia cap. 5. m. 2. caveat, ne is qui mutuam dat pecuniam, a debitore iusto vilius quid conduceat.
- 10) In plerisque locis ante præfixum tempus debitor neque pecuniam mutuam solvere, neque rem locatam recipere seu, ut hic dicitur, redimere potest; in aliis vero locis potest, quando unque libuerit. In illis res oppignorata per adiectum contractum locationis tradita, ut in potestate creditoris esse censetur, in his, esse non censetur. M.
- 11) Namque ipso die solutioni præfixo patris in re oppignorata potestas cessat, debitorique facultas tribuitur rei oppignoratae, soluto aere alieno, recipiendae.
- 12) R. I SERLES hie distinctionem prolatam reiicit, quasi, (si paraphrasi utamur) nihil, inquiens, interest, utrum res oppignorata sit in urbe, ubi debitum solvi resque locata recipi potest ante tempus præfixum, nec ne, utrum dies solutioni præfixus venerit, nec ne, utrum res oppignorata apud creditorem sit, ut pignus, an ut res locata. Cum enim pignus iti manibus debitoris esse possit salvo iure pignoris (vid. not. 5. ad h. §.) primogenitus ex quavis pecunia a patre per syngrapham hypotheca bonorum munitam credita, portionem duplcem capit, quando debitor solvit.

§. 8.

Si primogenitus partem primogeniturae praerogativa debitam, priusquam divisa sit hereditas, vendiderit, venditio valet. Haecce enim pars iam ad eum pertinebat ante partitionem. ¹⁾ Ideoque primogenitus, cum partem bonorum, sive immobilium sive mobilium, cum fratribus partitus est, portionemque sumvit ut frater vulgaris, decepsit de iure suo in reliquis bonis, ²⁾ et de reliquis bonis portionem tantummodo accipit filii vulgaris.

¹⁾ statim post obitum patris, ipso iure,

²⁾ aliter ac de iure Romano, quod renunciations strictissime esse interpretandas docet.

§. 9.

Quae quidem tantum dicta sint, si plane nihil indicaverit. At, si fratres impediverit, declarando coram duobus testibus, has quidem res cum fratribus aequaliter divido, sed hoc minime fit ideo, quasi de primogeniti iure quid concedam, ¹⁾ (*et hoc est impedire*), quod ad reliqua bona attinet, nihil concessit. Nec, si, uvis adhuc in vitibus pendentibus, eos impediverit, quamvis peracta vindemia aequalem cum fratribus sumserit partem, de iure primogeniturae concessit respectu bonorum reliquorum. Cum vero

vero eas calcare siverit vinoque facto aequalem ex eo cum fratribus partem acceperit, nec fratres impediverit, in reliquis bonis omnino concessit. Cui quidem similis est ille, qui uvas dividendo impedivit, posteaque olivas cum fratribus partitus ²⁾ est; hic enim omnino concessit. Atque in hunc modum omnes reliquae divisiones dijudicantur. ³⁾

1) i. e. quasi concedam fratribus meis, cetera bona mecum aequaliter partienda, seu quasi hoc facto renunciaverim parti primogeniturae iure mihi debitae ex reliquis bonis.

2) aequaliter, absque protestatione repetita.

3) Oportet igitur primogenitum toties fratres impedire vel ius primogeniturae debitum protestando de novo reservare, quoties ex quadam bonorum specie aequalem cum fratribus portionem sumit, alias renunciasse absolute praesumitur iuri primogeniturae, quod ad bona nondum divisa attinet, non obstante protestatione anteriori.

§. 10.

Ex eo, quod ex syngrapha postulatur ab heredibus, primogenitus duas solvit partes, quod si vero neque capere neque solvere velit duas partes, id ei licet, et consequens est, ut creditor, ¹⁾ quamvis quidam herendum vel impuberes vel absentes sint, a primogenito non exigere possit debitum, nisi quoad vulgarem portionem.

C 2

Qui-

Quidam autumat, primogenito postea, ut a sua declaratione²⁾ recedat, integrum non esse, ³⁾ etiam si velit⁴⁾ (Tur. cap. ii. nomine R. A. Ben. D. BAIT Ioseph nomine R. Sch. Ben. D. et Maimonides. Bona aliis obligata⁵⁾ in patris potestate sunt: bona autem obnoxia tributi regii causa, ubi regi consuetudo est, capere⁶⁾ terras ob tributum residuum, non censentur in eius potestate esse. At in illis locis, ubi moris non est, bona sumere tributi causa, in eius potestate sunt, atque primogenitus ex his duas partes nanciscitur. Si cuidam bona adscripta sint ab hoc die usque post mortem,⁷⁾ si quis terra privatus sit,⁸⁾ qua privari non debuisset, si libri furto cuidam ablati sint, cum hos derelinquendi plerumque non sit animus, ea in potestate illius esse dicuntur⁹⁾ MORDACHAI.)

1) qui ex syngrapha post factam hereditatis divisionem postulat, alias enim debita prius solvenda sunt, quam dividatur. v. cap. VI. §. 7.

2) quod neque capere neque solvere velit duas partes.

3) An respectu creditoris, an fratum primogenitorum? sane creditoris nihil interest, utrum primogenitus suam declarationem revocet, nec ne. Quid? quod ei esset opportunius, si duas ab uno coheredatas nancisci posset. Sensus igitur est, talem declarationem, licet respectu creditoris tantum facta sit, nocere primogenito etiam respectu fratum coherendum, renunciationemque omnimodam efficere. Quam opinionem a R. KARO tamquam singularem prola-

prolatam, plurium testimonis evictum dedit M O S E S
I S E R L E S.

- 4) R. ABRAHAM B. D. dicit, etiam filius vulgaris, si partem suam neque capere neque debitum exsolvere velit, id facere potest, at, cum hoc semel declaraverit, validum est, et dicta sua non retractare potest. M.
- 5) v. c. hypothecae nomine ob sumtam a patre pecuniam mutuam, ideoque ex iis primogenitus duplum portionem capit, sed duas quoque debiti partes solvit. Alio respectu hypotheca ob debitum constituta in creditoris potestate esse dicitur §. 7. h. e. vid. n. 5. ibid.
- 6) fisco addicere bona ob tributum non solutum, quod in emphyteusi romana obtinet propter non solutum canonom intra triennium.
- 7) Verbis hisce denotatur donatio facta ab hoc die valitura et dominium tribuens; reservato tamen usufructu, usque ad tempus mortis donantis. RABE ad Mischn. tit. Bafa Batra: cap. 8. m. 7. n. 52.
- 8) iniusto modo seu iniuria
- 9) Quia dominium habet et ille, cui quid donatum est, reservato usufructu, et ille, qui vi dejectus est, et ille, cui libri furto ablati sunt, atque secundum h. §. cum dominio necessario coniuncta videtur per LL. Ebraeorum possessio, seu id, quod dicitur Rabbinis in potestate esse, licet actu aliis rem possideat. Ex quo sequitur, ut primogenitus, quamvis post mortem demum patris bona donata pleno iure ad heredes perveniant, aut terra erupta et libri ablati reenterentur, duplieem ex iis portionem capiat;



CAP. IV.

*Si quis dicat: hic est filius, vel frater,
vel servus meus, et postea neget.*

§. I.

Si quis dixerit: hic est filius meus, hic est
frater meus, hic est unus ex heredibus meis,
quamvis hoc affirmet de hominibus, de quibus,
an ex eius familia sint, nobis non liquet, ei ta-
men creditur. ¹⁾ Quodsi quis mutus sit factus,
atque sua ipsis manu scripserit, hic est meus
heres, in eo inquirendum est, ut in repudio. ²⁾
(Atque fides ei habetur respectu omnium bonorum,
tam eorum, quae possedit, dum hoc dicebat, quam
eorum, quae usque ad eius mortem accesserunt. Tur.
cap. II. nomine R. A.) ³⁾

1) In tantum, ut a) filius vel frater a defuncto agnitus
inter reliquos filios seu heredes locum obtineat. SEL-
DEN. de succ. cap. 4. b) coheres autem a coherede
tantum agnitus aliqualem ex hereditate defuncti por-
tionem capiat, ut fusi expositum est cap. V. §. 2,

2) conf. not. 1. ad. §. 14. cap. II.

3) Neque ambigimus, quin huiusmodi filius iura agna-
tionis consequatur. Ex §. seq. enim non argumen-
tandum est, patris declarationem iura agnationis tri-
buere non posse, cum adimere ea nequeat. Scilicet
diversa sunt: ibi falsa declarat, hic ignoti quid asse-
rit. Atque plane nihil ageret pater, si quem nomi-
naret filium, de quo contrarium constat, cum talem
ne scribere quidem heredem possit sec. cap. VI. §. 1.

§. 2.

§. 2.

Si sciamus, hunc esse fratrem cuiusdam vel patrui filium et ille dicat: hic non est meus frater vel patrui filius, non creditur. Fides autem ei habetur, si de eo, quem filium esse novimus, dicat: hic non est filius meus, et filius,¹⁾ quamvis liberos habeat, heres illius non est. At fide non est dignus dicens: hunc non esse filium suum, quod ad genealogiam attinet,²⁾ nec filius ob eius dicta, pro spurio habetur, sed dignus est, quoad hereditatem, ne filius heres sit. (*Filio defuncto, si pater dicat, nepotes ex filio non esse suos nepotes, patrem enim eorum filium suum non fuisse, fides ei non tribuitur, etiam quod ad hereditatem attinet, quia filius iam mortuus est.*³⁾ *Hamagid Mischna cap. 4. de hereditate.*)

1) Idem fortasse dicendum sit de filia, non exstantibus filiis.

2) seu ius agnationis: ideoque talem, cui filii statum pater denegavit, post patris mortem succedere posse fratribus, multo magis remotioribus agnatis, vix dubium est, quia iure agnationis iis succedit, quamvis mediate per patrem, successio autem mediata, sola status negatione, interverti nequit, exemplo fratum in principio huius §.

3) quem solummodo, tamquam immediate succedentem, negando statum filii, hereditate arcere potuisset.

§. 3.

Cum antea quis dixit: hic est filius meus, et postea dicit, eum esse servum suum, in hoc non est fide dignus; sed si dixerit antea, hic est servus meus, iam autem dicat, est filius meus, in hoc fides ei habetur, quamvis eo tamquam servo utatur. Forsan enim, servum eum appellando, dicere voluit, esse sibi ut servum. Quod si autem servus ab eo appellatus sit servus matris filius, ¹⁾ vel si alia eiusmodi verba adhibuerit in allocutione ad servos usitata, non credendum est. ²⁾

¹⁾ item servus meus filius centum uncialium, scilicet valore, quod exemplum Maimonides adduxit. M.

²⁾ quod filius sit, licet antea eum servum, postea filium appellaverit.

§. 4.

Qui transiens per domum telonae dixit, hic est filius meus, posteaque dicit, eum esse servum suum, ei fides est ¹⁾ tribuenda, cum non dixerit, eum esse filium, nisi ut eum liberet telonio: si autem in domo telonae dixerit, servum esse, et postea dicat, eum esse filium, fidem non habet. Quod quidem dictum esto, si mater pro Israëlitide non habeatur: si autem sciamus, eam esse filiam Israëlitæ, ei non creditur afferenti servum esse. Tur. cap. 5.

¹⁾ posterius afferenti.

§. 5.

§. 5.

A servo et ancilla ne appelletur quidam pater N. seu quaedam mater N., ne exinde noxa oriatur aut filio macula contrahatur. At si servi et ancillae sint admodum celebres, nomine praediti, totique urbi ipsi et filii eorum noti ut servi optimatis, veluti servi principis, his licet appellare quem patrem, aut matrem.¹⁾

1) Vide latius hanc materiam tractantem S E L D E N . de success. cap. 4.

§. 6.

Si quis generit filium ex ancilla, eumque ut filium rite educaverit, atque dixerit, hunc esse filium suum eiusque matrem manumissam fuisse, si quidem pater fuerit vir probus, inquiringens in minutias praeceptorum, ille eius heres est, Israëlitae tamen filiam in matrimonium ducere nequit, donec testimonia protulerit, matrem manu fuisse missam, antequam conceperit ex patre, namque pro ancilla illam habuimus. At si fuerit¹⁾ minus probus, vel, quod quidem dici non opus est, homo turpissimus, ille²⁾ omnino ut servus habendus est, et fratres ex patre vendere eum possunt, atque, cum patri non est alius filius, fratri defuncti, ut eius uxorem in matrimonium ducat, opus est. (Nonnulli

dicunt, eam exuere calceum, sed non duci posse in matrimonium, 3) Tur. vid. Eben Haefer, cap. 157. at alii dicunt, cum de pecunia 4) quaestio sit, regulam hoc in casu observandam esse: qui postulat aliquid ab alio, ei incumbit probatio. 5)

- 1) pater, cum opponatur patri, viro probo.
- 2) filius, quia patris minus probi dictis fides haberi nequit.
- 3) siquidem incertum maneat, an mater manumissa fuerit, priusquam filium conceperit, nec ne.
- 4) de bonis tantum conf. not. 4. ad §. 6. cap. I.
- 5) Ideoque filius probare debet, matrem, priusquam genuerit, manumissam fuisse. Silentio quae ad hanc atque praecedentes §§. annotari ulterius potuissent, praetermissimus, cum hic locorum servi Iudeorum non existant, in terris turcici imperii, ubi R. KARO vitam degit, fortasse reperiundi.

C A P . V .

Si quis dicat, hic est meus frater, aut si quis cui dicat: se eius fratrem esse.

§. I.

In universum heredes succedunt pro suis, quas habent, probationibus, et quatenus agnoscuntur. Exempli caussa, si testes evincant, se nosse, quod ille sit filius, vel huius frater, quam-

quamvis non adsint genealogiae, testesque genealogiae certitudinem ignorent, ille tamen, horum testimonio, est heres.

§. 2.

Si Iacobus moriatur relictis duobus filiis, Rubene et Simeone, nec sit notum, defuncto fuisse praeter hos alium filium; Ruben tamen affirmet de quodam, nomine Levi, hunc etiam esse fratrem, sed Simeon, se hunc ignorare dicat: Simeon dimidiam hereditatis partem capit,¹⁾ Ruben, siquidem tres esse fratres affirmaverit, tertiam partem, et Levi ex sextante heres est. Qui sextans, mortuo Levi ad Rubenem reddit.²⁾ Quod si autem alia bona ad patrimonium Levis acceperint, ea Ruben et Simeon aequaliter dividunt. Ruben enim Simeoni affirmavit, quod Levi amborum sit frater. (*Ac omni tempore bona, ad Levin a Rubene profecta, vel alia in eorum locum substituta, Ruben solus accipit, si autem, praeter illa a Rubene accepta bona, alia adsint, haec Ruben solus non accipit, sed cum Simeone aquis dividit partibus. Tur. cap. i. nomine R. M. H.*)

1) Levi enim probare nequit, se illius esse fratrem, cum testimonium Rubenis non valeat, si quidem agnati, Mischna tit. Schfuoth. cap. 4. m. 1. et unici testis Deut. c. XIX, v. 15. ubi disponitur: ne quis unus testis in quemquam audiatur.

2).

2) quia Simeon ex hereditate paterna iam iam id, quod poscere poterat, dimidiam scilicet partem, accepit et Ruben sextantem Levis de sua portione detrahi concessit.

§. 3.

Cum haec sexta pars ¹⁾ per se melior facta posteaque Levi mortuus est, si haec melioratio ad perfectionem pervenerit, v. c. uvae ad vindemiam maturae sint; huiusmodi melioratio bonis aliunde acquisitis ²⁾ aequiparatur, atque eam inter se dividunt, si autem ad vindemiam nondum sint maturae, ad Rubenem pertinet.

¹⁾ vel in fundo quodam consistens, vel, si in pecunia numerata constiterit, in fundum impensa.

²⁾ R. KARO sententiam amplexus est R. MEIER dicentis, quod fructus pendentes maturi aestimandi sint, ac si decerpti essent, contra opinionem aliorum assertantium, fructus etiamsi maturi sint, partem fundi constituere v. Mischna tit. Schfuoth. cap. 6. m. 6. ibique RABE.

§. 4.

Quodsi autem Simeon negaverit Levin esse sibi fratrem, atque hic, ut supra dictum, a Rubene partem acceperit, Simeon, mortuo Levi, plane nihil ex eius bonis accipit, ¹⁾ sed Ruben solus hanc partem sextam ceteraque ab eo relicta bona nanciscitur.

¹⁾ Non

1) Non in poenam inficiationis, sed ob negatam olim agnationem, a qua recedere nequit. Aliter pronunciandum erat in casu §. 2. adducto, ubi non negaverat Simeon, sed defectum scientiae tantum praeterderat, quod Levis suus sit frater.

§. 5.

Quod quidem ius obtinet inter omnes coheredes, qui partem hereditatis delatae ad alios pertinere fatentur, et inter coheredes, qui partem hereditatis aliis competere negant.

§. 6.

Si cuidam, cum partem hereditatis sibi delatae iam possideat, quis dicat: frater tuus sum, divide mecum, illi, cum fratrem hunc esse neget, fides habetur, ¹⁾ licet fama sit, fratrem illi esse in provincia maritima. ²⁾

1) donec asserens suas attulerit probationes.

2) Rabbini hac formula utuntur, quoties terram longe diffitam indigitare volant. Iudei enim potissimum proficisciabantur ex Asia in Graciam et Italiam, regiones transmarinas. M.

§. 7.

Si pater reliquerit filium verum et talem, cuius genitalia obstructa sunt, aut androgynum,

fi-

filius verus succedit solus in universa bona, quoniam et obstruetus et hermaphroditus dubii sunt:
(Qua ratione iudicamus in omnibus rebus certis et dubiis, nec de certo quicquam detrahere potest dubium. Thorath Hacoanum cap. 349. Itaque si Rubenis filius iter instituerit in provincias maritimas et incertum sit, an vivat nec ne, fratres Rubenis in huius bona non succedunt: nam dicimus, eius filium adhuc esse in vivis. 1) At cum Ruben una cum uxore in provincias maritimas profectus est, atque ignoramus, an ei sit filius, non veremur, ne uxor filium peperrit, 2) sed Rubenis fratres eius hereditatem capiunt.)

1) i. e. tamdiu vivere eum praesumendum esse, donec probetur contrarium.

2) Ideoque non opus est, ut edicto publico citentur ad adeundam hereditatem absentis mortui, si qui sint, posteri, sub poena praeclusionis.

§. 8.

Cum quis defunctus est relictis et filia et prole genitalibus obstruetis et hermaphrodito, quia eorum quisque est ut filia,¹⁾ bona inter omnes aequaliter dividuntur.
(Atamen sunt, qui dicunt: 2) si adsit et filia et obturatus, bunc capere tres partes et filiam quartam partem, cum bona existunt ampla, nihil autem accipere obturatum, cum bona exigua sunt: si adint et filia et androgynus, bo-

na

na esse aequaliter dividenda, cum ampla sunt, androgynum autem nihil accipere, cum exigua sunt: si vero adsit filius verus et proles genitalibus obstructis, patrimoniumque exiguum sit, cum, cuius sexus non apparet, tres partes, et filium verum quartam partem accipere, ubi autem patrimonium amplum sit, filium verum omnia bona nancisci et obturatum filiae instar alimenta capere: androgynum autem, si filius verus adsit, plane nihil accipere, sive patrimonium existat amplum sive exiguum. 3)

- 1) saltim inter filias admittuntur tum obturatus tum androgynus: quoniam dubium est, masculini an feminei sexus sint, ita, eo nomine, non minus dubium, an ipsae filiae succedere debeant. Et in dūbio pariter omnes admittendi. SELDEN de succession. cap. II.
- 2) Singularibus, quas recensuit, quorundam magistrorum opinionibus suum IERLES calculum non adiecit, nec adiicere potuit. Nam analogiae iuris adversantur scriptisque legibus, ponendo partim discrimen inter obturatum atque androgynum, qui tamen aequi dubii, partim plus interdum assūgnando obturatis, quam filio aut filiae, contra dispositionem Mischnæ cap. 9. m. 2.
- 3) Deficientibus et filiis veris et filiabus, si et obstrutus et androgynus adsit; uterque succedit aequis partibus, tamquam aequi dubii: si alteruter tantum adsit, heres est ex alio: nec dici potest constituere eos tertium quoddam hominum genus. Mischn. c. l. ibique RABE.

§. 9.

§. 9.

Si quis reliquerit filios, filias atque prolem, cui genitalia obstruta sunt, seu tumtum, patrimoniumque ei amplum ¹⁾ sit, filii sunt heredes atque obstructus ad filias repellitur ²⁾ ad capienda inter eas alimenta. ³⁾ Si autem exiguum sit patrimonium, seu utriusque sexui alendo impar, ⁴⁾ filiae repellunt eum ad filios, afferendo eum esse marem, indeque alimenta capere secum non posse. ⁵⁾

1) Patrimonium amplum dicitur, cum vel plus vel saltim tantum bonorum adest, quantum ad alendos filios atque filias ad pubertatem usque plenam requiritur, et tunc filii omnium bonorum sunt heredes, atque filiae ex iis non nisi alimenta capiunt. Patrimonium autem exiguum est, quod tantum sufficit ad filias alendas usque ad pubertatem adeptam. Tunc filiabus relinquenda sunt bona, quibus alantur, atque, si nihil superfit, filii ad mendicos relegantur. R. KARO part. Eben Haeser cap. 112. M.

2) negando eum esse masculum

3) usque ad pubertatem seu ad expletum duodecimum annum cum dimidio; SELDEN. de success. cap. 9. Hodie pubertas incipit post tredecim annos et unum diem. Adlers jüdische Contracte, n. 42. not. **.

4) ad filias alendas tantummodo sufficiens ex ipsis bonis, non autem ex proventibus seu usufructu bonorum, ut putat SELDEN. I. c., verum absque fundamento juris. Mischna enim tit. Bafa Batra cap. 9. m. 1. non de proventibus patrimonii, sed de patrimonio

ipso loquitur, si sit disponens, nimis angustum (patrimonium quam ut filii succedere, et filiae ex eo alimenta capere possint,) filiae aluntur etiam si filios ostiari mendicari oporteat. Accedit, quod ibidem, cum quaestio sit de patrimonio ampio, dicatur: filii succedunt atque filiae capiunt alimenta, haudquam vero, quod filii in patrimonium nimis angustum succedant, afferatur. Attamen filii succederent omnino in bona patris, si tantum carerent usus uictu, usque dum filiae annos pubertatis fuerint adeptae.

- 5) Immo nec repelli possunt obstructus et androgynus, si praeter alimenta filiabus debita de patrimonio aliquid supersit, saltim ratione huius residui: instar filiarum enim sunt atque in oppositione cum filiis pro talibus per LL. agniti. v. Mischna tit. Bafa Batra cap. 9. m. 1.

§. IO.

Si in ¹⁾ quemdam simulque in eius matrem domus collapsa sit, atque filii heredes dicant, matrem mortuam esse primam, matris autem heredes afferant, filium obiisse prius, matris bona in heredum suorum potestatem collocantur, ²⁾ quia sunt heredes certi. Quod ius etiam in casu obtinet, si domus quemdam eiusque filiam viro iam nuptam obruerit atque ignotum sit, quis prior decesserit, patris enim bona, in heredum suorum potestatem veniunt ³⁾ filiaeque maritus eorum nihil accipit.

- 1) In §§. 10. 11. et 12. agitur de quaestione olim maxime agitata, quid iuris sit, si una obierint duae personae
D

sonae invicem non heredes, i. e. quarum una alterius heres esse potest, altera non potest, vel ex dispositione iuris, vel ex facto hominis, ob contrarium ab una earum aes alienum. Quodsi enim personae sint invicem heredes, quaestio, quis prior mortuus sit? supervacanea esset, cum ambo eosdem heredes habeant. Mischna tit. Bafa Batra cap. 9. m. 8. 9. et 10., omissa decisione, commemorat tantummodo dissensiones ortas de quibusdam casibus scholam inter Schammaeanam et Hilleianam, item inter utrasque scholas et R. AKIFAM. At R. KARO decidit, vel potius sententiam suo aevo receptam profert, quod in quibusdam casibus secundum mentem scholae Hilleianae et R. AKIFAE bona in potestate heredum unius ex commorientibus maneant, in aliis, pro intentione scholae Schammaeanae, inter commorientium heredes dividantur, et quamvis rationes diversis decidendi modis reticeat, ex contextu tamen omnino facile est perspectu, in illis de bonis tantum unius ex commorientibus quaestionem fuisse, in his de utriusque vel omnium commorientium bonis.

- 2) vel potius bona manent in familia matris ubi sunt, quia in dubio pro possidente pronunciandum est.
- 3) In utroque casu tantummodo de bonis matris et patris quaestio est, itaque concludendum, neque filio matris, neque filiae patris viro nuptiae bona fuisse, aut si fuerint, heredes eorum, agnatos scilicet filii et maritum uxoris, illa pro communis dividendo conferre noluisse, sed postulasse, ut nihilominus bona a matre vel patre relicta secum dividantur.

§. II.

Quodsi quemdam eiusque nepotem ex filia domus obruerit, nec sciamus, quis eorum prior per-

perierit, et patris et nepotis heredes aequales accipiunt partes¹⁾ Atque eodem dividendum est modo, si pater in captivitatem ductus diem in ea obierit atque nepos ex filia domi mortuus sit, aut si nepos captivus ductus, pater domi decesserit, et ignoremus, quis prior defunctus sit. (*Atque sunt nonnulli dicentes etiam in hoc casu bona esse in heredum patris potestate.*)²⁾

1) Ex quibus bonis? ea non designat, ut in §. praecedente fecit, sed generaliter loquitur R. KARO, ideoque generaliter omnia utriusque commorientis bona intelligenda esse crediderimus, nisi directam concedere velimus contradictionem, et tum thesis esset: si utrique commorientium bona sunt, atque heredes illius, qui alteri heres esset futurus, bona in commune conferre velint, hoc facere possunt, et bona ambonum commortuorum inter utriusque heredes sunt partienda.

2) Fortasse ex scholae Hilleiana sententia, fortasse ob concurrentes nota superiori allegatas circumstantias.

§. 12.

Si, domo in quemdam simulque in eius patrem vel alium, cuius futurus fuisset heres, colapsa, dubitemus, quis amborum primus decesserit, atque ille tam ex litteris uxoris dotalibus, quam ex alia syngrapha debitor existat, bona sunt in heredum¹⁾ potestate, neque uxor neque creditor quidquam eorum consequuntur. (*Si*

D 2

Ruben

Ruben et eius uxor et quatuor filiae una domum habitantes, collapsa domo, percussi fuerint, atque Rubenis heredes dicant: vel Rubenem, vel unam ex filiabus probabiliter supervixisse, ii tamen cum uxoribus heredibus partiuntur: 2) nam quicquid etiam proferant, 3) rationes tamen sunt divisae. 4) Quod si vero filiae iam in matrimonium fuerint ductae, et maritus unius cuiusque eius partem postulet, bona in sex 5) dividuntur partes, ac de his quatuor ad maritos uxorum, una ad Rubenis heredes atque una ad uxoribus heredes pertinent. M O R D A C H A I in fine capititis Mischemet.)

- 1) patris: nam si bona in possessionem heredum filii venirent, iis, ut defuncti aës alienum solvant, necesse esset.
- 2) absque mentione, quaenam partienda sint bona, conf. n. 1. ad §. praeced.
- 3) quod probabile sit, ex quinque personis, patre scilicet et quatuor filiabus, unam supervixisse matri.
- 4) cum semper maneat incertum, utrum una ex quinque personis supervixerit uxori, an uxor supervixerit quinque personis, atque potuerit accidere, ut uxor ultimum percussa sit domo.
- 5) Quia sex adsunt litigantes, quorum quisque ceteris dubia movet, et in casu dubii bona commorientium, si in commune conferantur, inter partes aequaliter dividenda veniunt, per ea quae dicta sunt not. 2. ad §. 11. h. c.

CAP.

CAP. VI.

*Si quis bona sua liberis detrahere ea-
que dare aliis velit.*

§. I.

Nemini licet alium constituere heredem, nisi talem, qui est ex iis, ad quos hereditas spectat, neque hereditatem heredibus penitus auferre quis potest, sive sanus, sive moribundus vel aegrotus,¹⁾ sive scriptum sive nuncupativum testamentum fecerit.²⁾ Itaque si quis dicat: hic meus primogenitus in duas non succedat partes,³⁾ vel, hic meus filius cum suis fratribus heres ne esto,⁴⁾ eius verba non valent. Porro, si quis dicat: hic N. heres mihi esto, cum filiam habeat, vel si dicat: filia mea heres mihi esto, cum filius adsit, eius verbis non obtemperamus. Ac in omnibus huius generis casibus eodem iudicatur modo. Cum autem ei plures sunt heredes, v. c. multi filii aut fratres, multaeque filiae, et morbo laborans dicat: frater meus N. mihi heres esto prae omnibus fratribus meis, vel si dicat: mea filia N. heres mihi esto prae ceteris filiabus meis, (*vel si uni plus tribuat quam alteri, Tur. cap. 3.*) verba eius valent, sive ea nuncupaverit, sive in scriptis protulerit. Si dicat:

D 3 meus

meus filius N. heres mihi esto solus, verbis scilicet ore prolatis, eius verba valent, sed cum autem scripserit: omnia bona mea filio-meo N. sunt, sed hunc non constituit nisi procuratorem, ut declaratum est cap. 246. 6)

I) Sanus corpore, testamentum facere nequit nisi scriptum, SELDEN. de success. cap. 24. quod in quacunque materie scriptoria inscriptum esse potest. RABE ad Mischnam tit. Kidduschin cap. 1. m. 5. not. 6. At non sufficit scriptura, nec testamentum scriptum, quamvis a testatore sua ipsis manu exaratum femorique eius alligatum reperiatur, per se effectus producit, sed requiritur, ut traditum sit a testatore cui-dam, sive heres sit sive non, Mischna tit. Bafa Batra cap. 8. m. 6. dicendo: accipe hic possessionem eius, quod in hocce testamento relictum est; quo facto heres ipse vel ille, cui traditum est, vice heredis, possessionem hereditatis acquirit, testamentumque valet. RABE ad Mischnam l. c. not. 51. Attamen non quaevis traditio privata sufficit, sed requiritur traditio solennis in praesentia duorum testium facta et per apprehensionem laciniae pallii corroborata, de qua solennitate vid. Adlers jüdische Contracte, n. 1. ibique not. 1. Aegrotus autem nuncupare testamentum potest, eiusque verba tantumdem valent, quantum ea, quae scriptis mandantur et traduntur SELDEN. l. c. nec apprehensione pallii opus est, Adler c. l. n. 13. Verum, non solum probationis causa, sed et, quo de seria testatoris voluntate constet, nuncupari testamentum debet coram duobus testibus, sive forte advenerint, sive ideo specialiter sint requisiti, quorum est, ut dispositionem moribundi post mortem eius in scripturam redigant,

Adler

Adler l. c. n. 13. et 38. ad quam conficiendam, moribundi subscriptione in charta, ut aiunt, blanca minime indigent, quamvis chartam testamento, (quod cap. 1. §. 1. not. 2. in fine allegavimus) anti-stititis Halensis Baruch Bendix destinatam hoc modo subscribi curaverint testes adhibiti, Rabbinus et phanuscus.

- 2) si verbis usus sit in testamento, successionem in bona hereditariam indicantibus, de quali testamento in hac et sequentibus quinque §§. agitur. Aliud dicendum, si verba adhibita sint in donatione usitata, vid. §. 7. h. c. Differentiam inter utrumque testandi modum in compendio exponemus not. 10. ad §. 10. h. c. Ceterum uterque modus in uno eodemque testamento locum habere potest. v. Adlers jüdische Contracte, n. 38.
- 3) primogenito enim partem praerogativae debitam penitus auferret.
- 4) quia fratres eius non simul instituit heredes, neque expresse, neque sub formula successionem absolute indicante, sed obiter tantum fratum, cum illum exheredaret, fecit mentionem. Ad exheredationem autem, ut sit legitima, accedere debet institutio heredis. SELDEN. loco nota I. alleg.
- 5) R. KARO hic sententiam eorum amplectitur, quos R. MOSES ISERLES allegat in additamento I. ad §. 4. c. 246. vid. not. sequent. 6. Ex quo sequitur, ut et tacite quis exheredari possit.
- 5*) haec dispositio non ad hancce, sed ad §. sequentem pertinet, ob adhibita verba, quae loco donationis sunt.

6) *Huius partis Coschen Hamischpath §. 4. qua disponitur: si quis scripsit: N. N., unus ex filiis meis, omnia mea bona accipiat, sive hoc scripsiterit sanus corpore sive aegrotans, (quidam dicunt, hoc intelligendum esse de casu, si quis scripsiterit verbis in donationibus usitatis; sed vaere dispositionem, si scripsiterit aegrotans verbis successionem indicantibus, Tur. cap. 5.) hunc filium, etiam si puerulus sit in cunis dormiens, non constituit nisi procuratorem, qui in dividenda hereditate non sit melioris conditionis, quam ceteri fratres, (Tur. cap. 7, nomine R. JONACH.) Et quamvis per modum syngraphae scripsiterit, competere filio in bonis ius perfectum, bonaque in possessionem eius esse ventura; dijudicamus tamen quod hoc fecerit ea intentione, ut fratres eo melius morem ei gerant. Quodsi vero quedam sibi reservaverit bona, sive sint immobilia, sive mobilia, filius in bonis donatis ius acquirit. (Tur. cap. 8. nomine R. J.) M. Hoc singulare est: alias enim donatio omnium bonorum sani corpore valet, etiam si nihil eorum sibi reservaverit, aegroti tantummodo, si convalescat, donatio omnimoda non valet. Mischn. tit. Bafa Barra cap. 9. m. 6. Emanavit haec dispositio fortasse ex odio in exheredationem liborum sec. cap. VII.*

§. 2.

Si quis dixerit: hic filius meus N. heres esto ex dimidia parte bonorum meorum, et alter meus filius N. heres esto ex altera parte bonorum meorum, ¹⁾ eius verba valorem habent. (Vid. MAIMONIDES initio cap. 6. de hered.)

¹⁾ plures eum reliquisse filios presupponendum est, namque si modo hi duo adfuerint filii, quaestio domi-

mitiana foret, an valeat testamentum ordinem sequens successoris ab intestato. Atque tali modo alterum hoc esset exheredationis tacitae exemplum.

§. 3.

Siquis dicat: hic meus filius N. N. heres mihi non esto, nisi in hoc vel illo, aut si dicat: Ruben meus filius partem suam Simeonisque partem hereditario iure accipiat, vel si dicat: Simeon plane nihil accipiat, Ruben autem omnium bonorum heres esto, eius verba non valent. ¹⁾ Si autem dixerit: Ruben filius meus heres mihi esto solus, vel omnia mea bona ut heres habeat, Simeon autem plane nihil, eius verba valorem habent. (Tur. cap. II.) (*Immo si dixerit, Simeon plane nihil accipiat, sed Ruben omnium bonorum heres esto, eius verba valent. 2) Hamagid cap. 10. de hereditatibus.*)

1) Priori casu, quia filio pro parte instituto alium non substituit; v. SELDEN. de success. cap. 24 secundo casu, quia Simeoni iam implicite partem assignavit, vel, competere ei partem, dixit; argum. cap. II. §. 12. in fin. tertio casu, quia exheredatio institutionem praecessit.

2) Recessit hic MOSES ISERLES, maximae Rabbinos inter Germanicos et Polonos auctoritatis vir, a sententia, quam R. KARO respectu casus tertii prorulit, cum nihil intersit, an exheredatio praecesserit institutionem, nec ne, atque et tacite quis exheredari possit v. n. §. ad §. 1. et n. 1. ad §. 2.

D 5

§. 4.

§. 4.

Hoc tantummodo de filio vulgari valet: si autem dixerit de primogenito, eum successorum esse instar filii vulgaris, vel eum non successorum esse in duas partes, eius verba non valent, quoniam in sacris litteris scriptum est, non poterit facere primogenitum filium dilectae coram facie filii primogeniti odiosae. Deut. xxi. v. 17. (*Nec in regione ubi mos viget, ut primogenitus portionem duplice non accipiat, 1) talem sequimur consuetudinem, cum sit contra ius legis 2) R. I. K. cap. 8.*)

1) ut in terris, ubi christiana religio floret.

2) sacrae seu sacri codicis.

§. 5.

Homo sano corpore, 1) partem primogeniti neque diminuere neque uniuscuiusque heredum suorum partem augere potest. 2) (MAIM. cap. 6. fol. 4. de heredit.)

1) per dispositionem testamentariam verbis successionem indicantibus conceptam, quod et nec aegrotus potest.

2) in praeiudicium primogeniti vel ad id, ut primogeniti portio minuatur, de quo in §. seq.

§. 6.

Si aegrotus, cui est primogenitus atque alii filii, partem vulgaris cuiusdam filii augeat, verbis in hereditate usitatis, v. c. si dicat: hic meus

meus filius hereditario iure capiat tantum vel tantum, ¹⁾ eius verba valorem non habent. Non nulli sunt dicentes, ²⁾ vulgarium fratrum partitionem ita manere, atque ab omnibus, ³⁾ pro uniuscuiusque portione, colligi atque primogenito dari duas portiones iure legis ad eum pertinentes. ⁴⁾

- 1) quo primogeniti portio minueretur.
- 2) quamvis auctor eorum opinionem non approbet, ut ex §. 7. patet.
- 3) etiam ab herede praecipiente, excepto primogenito, cuius portio minui non potest.
- 4) Hoc portionem primogeniti colligendi modo opus tantum esset, si patrimonium in immobilibus potissimum consisteret, v. c. si tot agros reliquerit pater, quot filios et praeterea non nisi rem quandam uni **ex** filiis pro praecipuo assignatam: alias, si quod ad maximam partem hereditas in pecunia numerata consisteret, portio primogeniturae debita faciliori esset negotio praestanda filio primogenito.

§. 7.

Quae quidem omnia solummodo dicta sint, si formulam in heredum institutione usitatam adhibuerit. Quodsi vero adhibuerit formulam in donationibus usitatam, id valet. Itaque si quis, morbo laborans, bona sua coram dividat, ac unius partem augeat, alteriusve minuat, aut si pri-

primogenitum vulgaribus adaequet, aut si cui-dam, qui non est ex heredibus, dono quid det, eius verba valorem habent: sed cum dixerit, fieri id hereditatis causa,¹⁾ non valet. Si scri-pserit sive in principio, sive in medio, sive in fine, hoc fieri donationis causa, quamvis formulam in successionibus usitatam vel in principio vel in fine²⁾ adhibuerit, eius verba valent,³⁾ v. c. si dixerit: hunc agrum dono huic meo filio, atque heres in eo esto, vel si dixerit: huius agri hic meus filius heres esto atque ei donatur, et succe-det in eum, vel si dixerit: in hoc agro hic meus filius heres esto, atque ei donatur, quoniam adest formula donationis, licet in principio et fine for-mula hereditaria usus sit, eius dictis morem ge-rimus. Item si quis, cui sunt tres agri et tres heredes, dicat: hic N. N. huius agri heres esto, et hic ager huic N. N. donatur, atque hunc N. N. instituo heredem in hoc agro, illi agri sunt in eorum potestate, quamvis de uno verbis in suc-cessione, de altero verbis in donationibus usita-tis locutus sit. Hoc valet, modo ne unum in-ter alterumque tantum interposuerit temporis spa-tium, ut verbum proferri potuerit: ubi au-tem interposuerit, in singulis tribus formulam donationis adhibere necesse habet. *(Quod tan-tum-*

tummodo de eo casu est intelligendum, si voluerit tres agros ad tres personas esse perventuros: quodsi autem omnes tres agros uni personae vel unum agrum tribus adscriperit personis, hoc valet, quamvis tantum temporis inter unum atque alterum effluxerit, ut verbum proferri potuerit. Tur. cap. 4. Nonnulli dicunt: hoc non valere, nisi scripserit: et ei donabitur, cum autem scripserit: ei donabitur, formulam successoriam antea prolatam non valere.⁴⁾ **N E R I S E R - L E S** nomine **R. S. Ben. A.**) Si quis scripserit: ⁵⁾ filia⁶⁾ post mortem meam ⁷⁾ accipiat dimidiam filii partem, ius in hocce casu, idem ac in successione vulgari obtinet, ⁸⁾ atque syngraphae et litterae dotales huic dono sunt anteponendae, ⁹⁾ quid, quod et decima pars bonorum, quae ad filiam pertinet, ¹⁰⁾ ac omni tempore, dum vivit, vendere bona sua potest, quamquam scripserit ab hoc die usque post mortem, et filia eam ¹¹⁾ non accipit, nisi ex bonis, quae tempore donationis ad illum pertinuerunt, non autem ex iis, quae postea accesserunt, ¹²⁾ nemmo enim possidendam dare potest rem nondum existentem, **M O R D A C H A I** cap. 13. fol. 40. Attamen cum hodie mos vigeat, ut filiae scribatur syngrapha, ¹³⁾ apposita conditione, quod debitum, si data fuerit filiae semissis portionis

tionis filii, minime sit exsolvendum; mihi quidem videtur, quod ea dari debeat ex omnibus illius bonis,^{13*)} debitum enim est res principalis, et conditio implenda est, aut debitum exsolvendum. Eben Haefer cap. 113. §. 2. (*Atque hoc in consuetudinem abiit.*) Si quis dederit filiae syngrapham, ut habeat semissim portionis filii, in eaque scriperit, atque iis, qui ex femore illius egressuri sint, filij et filiae eius aequaliter partiuntur.¹⁴⁾ Non enim scripsit heredibus ex femore illius egressuris. vid. c. 246. §. 3. Choscham Hamischpot. Si conditionem apposuerit, ne sit filiae pars librorum, atque pecuniam mutuam dederit in libros: cum in pignoris possessione non fuerit, filia eorum partem accipit,¹⁵⁾ cum autem libri fuerint in eius potestate, filia partem ex iis minime accipit.

1) titulo institutionis heredum.

2) vel bis, vid. subsequens comma.

3) quamvis per huiusmodi dispositionem primogenitus in portione primogeniturae debita laetus sit, id quod in casibus sequentibus, ubi de agrorum distributione agitur, ubique praesupponendum videtur: si enim primogenitus non existat inter coheredes iure sanguinis, sed fratres tantum vulgares adfiant, valeret dispositio, etiam si verbis solummodo successionem hereditariam indicantibus concepta sit.

4)

- 4) Sed illum tantum agrum, vel illi tantum personae agrum dari, ubi formula donationis adhibita sit.
- 5) litteris donationis ideo filiae datis, non in testamento. Quodsi enim testamentum fecisset verbis in donatione usitatis, in eoque filiis suis portiones atque inter hos filiae portionem dimidiam filii assignasset, aliter pronuntiadum forer, syngraphae et litterae dotales iuniores partitione paterna non anteponerentur, et pater bona liberis adscripta vendere non posset. Mischna tit. Bafa Batra cap. 8. m. 7.
- 6) five innupta five nupta sit, quamvis plerumque nuptis pater litteras semifiliī dare soleat, innuptis testamento prospicere.
- 7) Hodie nihil interest, utrum scriptum sit post mortem, an ab hoc die usque post mortem, cum dies documento appositus indicet, donationem ab eo incipere. Olim dissensus ea de re fuit inter Rabinos. Mischna c. l. ibique RABE.
- 8) Ex intentione patris, qui filiae idem ius pro dimidia parte tribuere voluit ac filiis sibi ab intestato morienti successuris, Rabbini recesserunt hic a regula, quod adscriptio post mortem vel ab hoc die facta, sit formula dominii translativa, retento usufructu, de qua RABE ad Mischn. c. l. n. 52.
- 9) posteriores: anteriores enim et cuilibet donationi posteriori anteponendae sunt.
- 10) aliam, forsan iuniorum vel innuptam, cui pater non prospexit de dono conveniente suis facultatibus. vid. not. 2. ad cap. I. §. 1.
- 11) partem dimidiam sibi assignatam.

12)



12) v. c. si postea heres extiterit aut agnato defuncto aut matri, aut uxori post donationem sine liberis mortuae, quamvis patris intentio fuerit, donandi filiae dimidiam partem omnium bonorum. Quae restrictio causa fuit, cur huiusmodi donationes in desuetudinem abierint, novaque inventa sit methodus relinquendi filiabus semifilium portionis filii in subsequentibus indicata.

13) in qua confitetur pater certam a filia se accepisse muruum pecuniae summam, non nisi post suam ipsius mortem restituendam. Formula huiusmodi contractus simulati, qui litterarum semifilii nomine venit, videatur in Adlers jüdischen Contracten, n. 34.

13*) tempore mortis patris existentibus et immobilibus et mobilibus, nisi pater in syngrapha mobilium tantum bonorum mentionem fecerit, quod hodie fieri solet. Adler ibid. IOANN. FRID. KAYSER diss. de autonomia Iudeorum §. 50.

14) cum in syngrapha ipsi comprehensi sint atque ex ea ius acquisiverint, et quidem, praemortua matre, statim post obitum avi, tempore autem mortis donatoris vivente adhuc matre, post eius mortem.

15) ut ex pecunia mutua data, id quod fuit tempore, cum moreretur pater.

§. 8.

Verba: possessionem bonorum occupet, ¹⁾ sunt loco formulae donationis. Ita etiam quaevis verba, quibus in partitione utimur, sunt loco formulae donationis. (Tur. cap. 7. nomine Tschuboth R. Ascher.)

1) item verba: habeat, accipiat. vid. testamentum antisitis Bendix in appendice.

§. 9.

§. 9.

Si quis omnia sua bona aliis assignaverit verbis in donationibus usitatis, quamvis hereditibus plane nihil reliquerit, eius verba valorem habent. ¹⁾

1) licet hoc sapientibus non placeat. v. cap.VII.

§. 10.

Si cui sororis filii sint, fratrisque filius, atque fratris filio donum dederit et scripserit, hoc dono tota eius pars omneque ius hereditarium sublatum esto, fratris tamen filius omnium est heres bonorum. ¹⁾ (*Si quatuor sorores fratrem habeant turpiter se gerentem eumque bonis suis* ²⁾ *privare velint, atque ideo litteras conficiant, quibus sua quaeque bona ceteris tribus donat, donum hocce minime valet, cum omnia quatuor sororum bona* ³⁾ *in eundem statum veniant, uti antea fuerant.* ⁴⁾ *Quod si vero donationes unica ante obitum earum hora factae sint, frater non succedit, nisi post mortem ultimae,* ⁵⁾ *et hoc casu coniecturam* ⁶⁾ *non respicimus.* *Cum autem in litteris scriptum est, natu maiorem* ⁷⁾ *donare tribus ceteris sororibus,* ⁸⁾ *postea secundam, deinde tertiam, demum quartam, unaquaque ceteris prior iterum ius bonorum ab iis nanciscitur, quibus sua donavit.* ⁹⁾ *Tur. cap.12. nomine Teschuboth R. Ascher.)* ¹⁰⁾

- 1) Quia sororis filii reliqua bona dono non dedit in testamento, quod facere poterat. v. §. 7. h. c.
- 2) vel ex matris suae, fratri novercae, vel ex aliis cuiusdam cognati hereditate acquisitis, item ab extraneo donatis.
- 3) per donationem reciprocam unica propositione factam,
- 4) Quaevis enim sororum, donans sua bona valore triginta uncialium, acciperet donationis titulo a quaque sororum decem unciales, et possideret denuo triginta unciales, ut antea.
- 5) Quid? si diversis vicibus quaevis sororum donaverit unica ante obitum suum hora ceteris sororibus bona sua, v. c primo moribunda ceteris tribus sororibus, eaque mortua altera, itidem moribunda, reliquis duabus, demum superstitem duarum una, mortifero affecta morbo, ultimae donaverit sua bona? Sane triplex esset donatio indubitata, ideoque ultimae de omnibus bonis donando disponere liceret. Sensus igitur huius sententiae non potest non esse talis. Quid si quatuor sorores in statu sano litteras conficiant hoc modo: unaquaeque nostrum bona sua donat ceteris suis sororibus, non ab hoc die, sed ab unica tantum hora ante cuiusvis obitum accipienda, donatio quidem bonorum non est, cum donari ex die non possint; at cum ususfructus dari ex die possit, valet ut donatio ususfructus, ideoque frater non nisi post mortem ultimae in bona succedit. Ceterum hanc ultimam sua ipsius bona per donationem, in quem velit, transferre posse, non est, quod dubitemus.
- 6) voluisse sorores fratrem privare hereditate, cum id non fecerint modo debito, atque iura non faveant ordinem succedendi legitimum perversuris.
- 7) quamvis etiam alius inter donantes ordo servari et natu minima prima donare possit.

- 8) Omnibus coniunctim, ut ita omnes in unaquaque donatione comprehensae sint, quod licet, exemplo filiae et liberorum in §. 7. h. c. Nam, si donationes singulis factae intelligendae essent, priores bona possiderent in donationibus ab iis factis non comprehensa, si quidem post donationem a reliquis acquisita.
- 9) Interim huiusmodi donatione non extendenda est ad bona, quae postea sororibus hereditario iure accesserunt vid. §. 7. h. c.
- 10) Universa de successione testamentaria materia duabus hisce includi potest thesibus: a) Per testamentum verbis in successione usitatis disponi non potest, nisi inter heredes ab intestato alias successuros, augendo scilicet vel minuendo quorundam portionem, etiam auferendo illam, vel expresse vel tacite, modo ceteri heredes instituantur. Hinc unicus heres privari hereditate, ideoque et primogenitus privari portione dupli nequit. Atque nihil interest, utrum testamentum factum sit scriptum an nuncupativum. b) Per formulam donationis in testamento adhibitam, cui verba possessionis apprehensionem et partitionem indicantia &c. aequiparantur, quamvis illi annexatur formula successoria, bona transferri possunt in quemcunque pro lubitu, praeteritis licet heredibus legitimis omnibus et singulis, ideoque et primogenito. Sed in tali testamento multum interest, an scriptum an nuncupativum sit. In testamento enim scripto non nisi bona donari possunt tempore donationis existentia, non bona futura, (v. §. 7. h. c.) atque donatio ab hoc die fieri debet: in nuncupativo moribundi autem, si morbo decebat, (vid. n. 1. ad §. 1. h. c.) quaevis bona momento temporis ad donationem pertinentia transferuntur, quamvis in potestate testatoris non sint, v. c. pecunia mutuum data, ut ex dispositione antisitis Bendix c. 1. §. 1. not. 2. allegata per quinque Rabbinos provinciales approbata appareret.

C A P. VII.

Non approbatur, ut hereditas ei, qui iure heres esse debeat, auferatur.

Qui bona sua aliis donat quam suis, quos habet, heredibus,¹⁾ quamvis hi turpiter se gesserint erga eum, is sapientibus non placet; atamen ii, quibus donata sunt, in possessionem bonorum veniunt.²⁾ Sed viri probi testes esse non solent in tali testamento, quo successio ab herede vero, filius licet sit turpiter se gerens, transfertur ad eius fratrem sapientem beneque se gerentem. (*Si quis iussus fit disponere de bonis suis meliori, quo fieri possit modo, bona suis heredibus danda sunt, quia hoc nihil est melius.* M O R D A C H A I cap. Mischenet fol. 40.)³⁾

1) Huc trahunt magistri illud Proverb. IX, 17. qui turbat propinquum suum, est crudelis. SELDEN. de success. cap. 24.

2) forsan enim gignerent prolem melioris frugis. RABBE ad Mischn. tit. Bafa Batra cap. 8. m. 5.

3) *Si quis uxori donum dederit simulque potestatem donandi illius, cui velit, eaque in litteris scripsérit, dare se hoc donum illi, qui sit heres legitimus, cum ei sit filia ex marito, atque marito filius ex alia uxore, filius in possessionem doni venit.* Tur. in Teschuboth. R. S. B. Ascher. M.

C A P.

CAP. VIII.

*De hereditate alieni, proselyti et eius,
qui ecclesiam Israëlis reliquit.*

§. I.

Alienus ab Israëlis ecclesia iure legis¹⁾ heres est patri suo, proselytus autem patris sui alieni non est heres,²⁾ nisi ex talmudicorum constitutione, qui ius succedendi ideo ei tribuerunt, ne ad religionem pristinam revertatur. Sed in hacce hereditate³⁾ conditio⁴⁾ locum habet, quia alienus non obstrictus est ad morem gerendum Rabbinorum placitis. Alienus autem ab ecclesia Israëlis non est heres patris sui, qui proselytus factus est,⁵⁾ nec proselytus heres est alii proselyto,⁶⁾ neque iure legis mosaicae, neque ex constitutione talmudicorum. Filius licet sit natus patre iamiam Israëlite, modo conceptus sit eo adhuc alieno, patris heres non est, nec pater eius heres. (*Si Israëlite aës contraxerit apud alienum, quod, mortuo eo, alieni ignorant, Israëlitae non opus est, 7) ut debitum eius heredibus exsolvat.* MORDACHAI cap. i. *Kiduschin* fol. 40^a.)

1) Sec. Deut. II, 9. nam filiis Loti dedi Ar possidendum.
M.

- 2) Ratio adducitur a Rabbinis, quia proselytus, ex quo fit proselytus, habetur velut infans, qui recens (ex novo aliquo coniugio) nascitur. SELDEN. de success. cap. 26.
- 3) a Rabbinis contra analogiam iuris iudaici ordinata.
- 4) *Nisi pater alienus ab ecclesia ebraica filium proselytum hereditate privaverit aliumque constituerit heredem.* MAIMONIDES cap. 6. de heredit. M. Omnino succederet filius christiana fidei addictus patri, qui ad sectam Iudacorum transierit, saltim in regionibus, ubi ius romanum viget, quippe quod apostasiae criminis reis testandi et donandi facultatem adimit, L. 4. C. de apostat. bonaque haereticorum in liberos orthodoxos ab intestato transmittenda esse iubet. L. 15. C. de haeret.
- 5) iure retorsionis potuisset haec thesis speciosius, prolatiss., fundamentum esse Balthasari DITTERICH, superstruendi dissertationem de iudeo fratri ad fidem christianam converso haud succedente, habitam Bamb. 1756. Speciosum inquit: nam regula not. 2. ad §. 2. h. c. prolata, quod lites christianum inter et iudeum decidenda sint secundum ius commune, tam firma nobis videtur, ut in contrariam eamus sententiam.
- 6) etiamsi proximus eius agnatus sit, ob fictionem supra not. 2. commemoratam ex SELDENO.
- 7) a conscientia tutus est, si non solvat debitum. Alienorum enim bona, secundum Rabbinorum sententiam, Israëlitis concessa sunt a Deo. vid. RABE ad Mischn. tit. Bafa Kama cap. 4. m. 3.

§. 2.

§. 2.

Israëlitæ, qui ecclesiam Ebraeorum reliquit et alienus factus est, propinquorum suorum est heres, ac si esset Israëlitæ. ¹⁾ Cum autem iudices ei bona tradere nolint, multationis causa, et ne manus improbi sustineantur, id facere possunt. ²⁾ Quodsi ei sint filii inter Iudeos, his patris apostatae bona ³⁾ dantur. (*Vid. MAIMON. cap. 6. de hered. et Tur. cap. 4.* Etiam si talis apostata bona sua aliis donaverit, ⁴⁾ donatio tamen non valet, quia bona eius statim ad heredes pertinent atque in iis ne minimum potestatis habet. *Tur. cap. 6. nomine Teschuboth R. Ascher.* Ac nonnulli sunt dicentes, hereditatem manere apud iudices, quo, agente eo poenitentiam, reddi possit ei hereditas. Israëlitæ est heres propinquus sui apostatae, quamvis bona apud alios Israëlitas deposuerit, et quamvis filios genuerit, cum alienus esset. ⁵⁾ Quodsi autem depositarii bona in suam ipsorum potestatem, apostata vivente, sumserint, aut apostatae pecuniam, ⁶⁾ cum ab iis postulasset, reddere noluerint atque testes adjungint, ⁷⁾ quod bona sumserint in suam ipsorum potestatem, ea retinent, nec heredes illius ⁸⁾ aliquid eorum extrahere possunt, ⁹⁾ apostata sive vivente sive mortuo: quicunque enim bona eius in possessionem sumvit, cum adhuc viveret, is ea sibi habeto.

E 4

Tur.

*Tur. cap. 4. nomine R. Ascher et MORDACHAI
cap. 1. Kiduschin nomine R. Salomonis J. fol. 40.
Si mater¹⁰⁾ apostatae, cui sunt propinquai a patre,
obierit, bac procedendum est ratione. Cum apostata
est adolescens, seu eiusmodi aetatis, ut multari possit
hereditate, heredes eius nihil de hereditate accipiunt,
sed ea pertinet ad heredes matris. Si autem impu-
bes sit, qui hereditate multari nequeat, eius heredes
matris bona accipiunt. Torath Hacghanim cap. 349.
fol. 247. Maritus est heres loco suae uxoris, quae
aliena facta est. Quamvis uxor pater post illius
apostasiam primum et postea demum illa mortua sit,
maritus tamen est heres, nam in bonis uxor's marito
eadem est potestas, atque uxori.¹¹⁾ Multatio itaque
hic locum non habet MORDACHAI.)*

1) *Cum Deus dixerit per Mosen Deut. II, 5. Seirem
se montem possidendum Esaio dedisse, iam vero Esaus
apostata habendus sit, si quidem verum Deum sui pa-
tris reliquerit et cultum idolorum amplexus sit. M.*

2) *Quae in hacce §. de facultate Rabbinorum, mul-
tandi apostatam hereditate sibi delata, disposita sunt,
atque de facultate cuiusvis ex populo, occupandi
bona apostatae, vix ac ne vix quidem ullibi locorum,
in quibus Iudaei alienae subsunt potestati, (et ubi
non subsunt?) locum habebit contra alienos factos
ipsos eorumque liberos, extra iudaicam ecclesiam
prognatos, si scilicet hi contradicant. Quamvis non
negaverimus, agnatos alieni iudaicos in regionibus,
ubi Iudeis secundum suos mores vivere contingit,
inde*

inde obligari, iudicesque iudaicos, ad morem huic dispositioni gerendum obstrictos esse, si alienus factus non contradicat. Ratio cur dispositio huius §. contra alienum factum contradicentem locum non habeat, in eo consistit, quod iudeus, simulatque sacra iudaica reliquit aliamque amplexus est religionem, relicto statu pristino politico, particeps illico sit omnium iurium cum statu noviter acquisito coniunctorum, et quod a iurisdictione Rabbinorum, nullibi iis, nisi inter sohos Iudeos concessa, exentiis est, ideoque lites inter eum et Iudeorum quedam exortae non secundum iura iudaica, sed secundum ius commune regionis, in qua vivit, sunt decidenda. Hinc in regionibus, in quibus ius romanum viget, pater iudeus a) alimenta filio christiano civilia et sumptus studiorum suppeditare debet, in casibus, ubi pater christianus ad ea praestanda itidem obstrictus est. **M Y L I U S** diss. de patre iudeo alimenta, sumptus studiorum et legitimam filio christiano denegante §. 11. b) Legitimam relinquere necesse haber liberis christianis utriusque sexus, **L E Y S E R** spec. 21. m. 7. **T H O M A S**, de legitima viventis §. 7 sqq. nisi in casibus per Nov. 115. c. 4. exceptis, licet iure iudaico patri integrum sit, quosdam ex filiis suis iudaicis exheredes facere aut praeterire, omnibusque hereditatem, donando eam aliis, auferre, atque licet filiae non heredes sint, existentibus filiis. Quid? quod liberis de legitima relinquenda prospici possit, si dissipandi bona suspicio contra patrem emergat **M Y L I U S** c. diss. §. 18. c) Ex matris post transgressionem liberorum ad sacra christiana mortuae bonis, quorum alias iure iudaico maritus unicus est heres, sec. cap. I. §. 4. n. 3. liberis christianis legitimam porrigitur debet, dummodo mater non reliquerit bona, ibid. nominata vel non tantum eorum, ut liberis salva sit legitima. Iure etenim romano et ex bonis matris liberis debetur le-

E 5

giti-

gitima ex dispositione SC. Orphitiani. d) Filiae christianaе doteи vel ante nuptias donationem dare obligatus est, id quod ad officium paternum pertinet L. 7. C. de dotis promiss. atque iudex filiae de ea providere potest, L. 19. ff. de ritu nuptiar. Hoc eo minus dubitationis habet, cum et secundum consuetudines Iudeorum pater ad dotationem filiae pro facultatibus suis obstrictus sit, vid. not. 2. ad cap. 1. §. 1. Melius quidem adhuc prospexerunt liberis orthodoxis patrum Iudeorum partim L. 13. §. 1. et 2. de haeret. et Manich. illibatum, statuens, et deminutum eos, quod ab intestato competit, accipere debere, si non deliquerint in parentes, si deliquerint, quartam facultatum ipsorum partem, testamento facto, partim BERLICH p. 3. concl. 14. n. 31. et CARPOV. p. 3. const. 12. def. 10. dum iis, patre vivente, legitimam assignarunt bonorum portionem: at lex allegata dubiae est auctoritatis, si quidem origine graeca, MYLIUS in cit. diss. §. 14. non nisi in epitome codici Iustinianeo post promulgationem inserta, atque BERLICHIO et CARPOVIO obstat L. 1. §. 21. ff. de collat. Ceterum auctentere e re visum est sententiam, vires rei iudicatae noctam, in Praetura Hallensi, den Berggerichten, in causa Isaac Moses contra filiam nominatam Hallerin, Calendis Februarii 1774. latam sequenti modo: Hier nächst da in Ansehung der Reconvention eine jüdische Tochter von der Verlassenschaft ihrer Mutter, wenn sie, wie im gegenwärtigen Falle geschehen, mit ihrem Vater und Brüdern concurriret, (mater obierat, filia adhuc Iudaea) nichts erbet, auch bey Lebzeiten ihres Vaters einen Pflichttheil von seinem Vermögen zu fordern nicht besugt ist, LEYSER spec. 21. medit. 7. THOMAS. de legitima vivenis §. 7 seqq. der Vater aber seine Tochter, nach jüdischen Rechten, seinem Vermögen gemäß, auszustatten verbunden ist, und den

den Wiederbeklagten von dieser Obliegenheit nicht befreyet, daß Wiederklägerin vom Juden zum Christenthum sich gewendet hat, L. 19. ff. de ritu nupt. BECK de iure Iudaorum cap. 6. §. 5. auch des Wiederbeklagten Vorgeben, daß Wiederklägerin seines Wissens noch keine Braut sey, mithin der Fall noch nicht vorhanden, da Wiederklägerin eine Ausstattung fordern könne, zwar die Auszahlung des dotis, keinesweges aber die Bestimmung und Sicherstellung derselben aufzuhalten vermag, und daher Wiederbeklärter zu solchem Ende sein Vermögen eydlich zu specificiren sich nicht entbrechen kann; übrigens derselben, da er nach jüdischen Rechten seiner unberathenen Tochter die alimenta civilia reichen muß, der Wiederbeklärten die Procelles-Kosten zu suppeditiren gehalten. LEYSER spec. 84. med. 5. & 11. So ist Wiederbeklärter, Einwindens ungeachtet, eine Specification seines Vermögens, wie er solche vermittelst Eydes zu verstärken sich getrauet, binnen 3 Wochen zu übergeben, und der Wiederbeklärten die Procelles-Kosten von Zeit zu Zeit darzureichen schuldig; derselbe aber mit Herausgebung eines Verzeichnisses, von seiner verstorbenen Ehefrau's Nachlaße billig zu verschonen.

- 3) tam ea, quae reliquit, quam ea, quae hereditario iure ad illum venerunt post egressum ex ecclesia iudaica.
- 4) postea quam alienus factus est.
- 5) Singularis haec est dispositio ex odio in apostasiam orta: alias enim nati alieno heredes eius sunt iure legis. vid. §. 1. h. c.
- 6) i. e. rem depositam.
- 7) coram quibus declaraverint, apostata vivente se bona porro non possessuros esse, ut rem depositam, sed ut rem occupatam.

- 8) ecclesiae Israëlis addicti.
 9) restitutionem depositi poscere.
 10) marito suo vel praemortuo vel itidem apostata, vel
 relictis bonis cap. 1. §. 4. n. 3. nominatis.
 11) Si nempe in litteris dotalibus uterque coniugum
 aequalem in quibusvis utriusque bonis sibi stipulatus
 sit potestatem, id quod hodie tam in Polonia quam
 in Germania fieri solet. *Advers. jüdische Contracte*,
 n. 30-33. et 35, de PUFENDORF Tom. I. obs. 97.
 p. 249. et Tom. IV. obs. 158. p. 323. Aliud dicen-
 dum foret, si maritus non quaevis uxorum bona per
 litteras dotaes in possessionem acceperit, sed uxor
 quaedam vel etiam bona futura sibi reservaverit, quae
 bona cum uxore exeuntia et ingredientia appellantur
 in Mischna tit. Bafa Batra cap. 9. m. 9. quorumque
 possessio penes uxorem est ibid. Tunc enim reliquis
 patris heredibus licet, eodem ac supra de deposi-
 tariis commemoratum est modo, bona uxori delata
 sibi sumere maritumque excludere, in regionibus
 scilicet per not. 2. ad §. 2. h. c. non exceptis.

§. 2.

Si Leah seu femina quaedam in captivita-
 tem ducta fuerit, eiusque mater pecuniam ad
 filiam liberandam collegerit, et postea audive-
 rit, apostatam eam atque inter alienos impu-
 ram factam esse, cum fieri nequeat, ut singulis
 data reddantur, pecunia remanet ad captivos
 liberandos. Atque si multos post dies eveniat,
 ut ea, poenitentia aëta, liberari possit, hacce
 liberatur pecunia. (*vid. in Jore Deah. cap. 253.*
§. 6.) Tur. cap. 4. nomine R. Atcher.

C A P .

CAP. IX.

Heres non opus habet testibus, quod proximus sit, sed quod possessor bonorum mortuus sit.

§. I.

Omnis heredes ex affirmatione testium, quod sibi notum sit, hunc N. esse filium huius N., hereditatem accipiunt, quamvis illi veritatem genealogiae eius ignorent, ¹⁾ eodemque modo respectu omnium heredum agitur. Tur. cap. I. Dummodo certum sit, quemdam esse mortui agnatum, licet nesciamus, quis sit magis propinquus? hic eius heres est, nec metuimus propinquiorem defuncti ²⁾ tamdiu, quam ignoramus talem. ³⁾ vid. Tschuboth R. Ascher regul. 26. cap. 40. fol. 40^a. (*Non autem adire hereditatem facimus propinquum suffultum testimonio unius testis.* Ribeb. cap. 46.)

- 1) ex qua matre natus si? atque an unicus filius si? ignorent, et quamvis a defuncto tantum audiverint, hunc esse filium vel fratrem vel unum ex heredibus eius. vid. cap. 4. § 1.
- 2) non cogitamus, fortasse propinquior adest et supervenire deinde potest.
- 3) Probationem propinquitatis et de iure nostro sufficere, nec opus esse probatione proximitatis et unitatis statuit L E Y S E R sp. 98. medit. 8. et 9. contra communem opinionem.

§. 2.

§. 2.

Heredes non prius hereditatem accipiunt, quam testatum fecerint,¹⁾ bonorum dominum seu possessorem esse mortuum. Cum enim auditum tantum fuerit, eum defunctum esse, vel si alieni venerint, et sincere atque simpliciter loquendo hoc dixerint, quamvis defuncti uxor, propter huiusmodi effatum, alii viro nubere possit: vel si uxor veniens dicat, maritus meus mortuus est, licet fide digna sit, ut in matrimonium duci possit et licet litterae dotales ei exsolvendae sint, tamen heredes, horum testimonio suffulti, hereditatem non accipiunt.

1) Per duos testes masculos extraneos seu non propinquos, et habiles seu probos viros, quales testes in quibusvis causis et civilibus et criminalibus requiruntur. Mischna tit. Schfuoth. cap. 4. m. 1. ibique RABE not. 21. excepto casu, cum de morte mariti testimonium ferendum est, ad eum solummodo effectum, ut uxor alii nubere possit, ibi enim testimonium admittitur a) unius personae, b) feminae, Mischna tit. Jefamoth cap. 16. m. 7. (modo non sit soerus, eiusve filia, altera defuncti uxor, leviri uxor et priuigna, Mischna l. c. cap. 15. m. 4.) c) alieni ab ecclesia ceu improbi, si id non dicat testimonii ferendi causa, sed sincere, Mischna ib. cap. 16. m. 5. Atque d) testimonium valet uxoris ipsius peregre ex regione bello experite redeuntis, si coniugium fuerit pacificum, ibidem c. 15. m. 1. et RABE not. 79. Item e) testes de auditu admittuntur, v. c. si quis ex feminis colloquentibus audiverit N. N. esse mortuum,

vel

vel si impuberes quidam dixerint, eamus planetum
et sepultum N. N. Mischna ib. c. 16. m. 5. Quid?
quod et sufficiat, si vox audit a sit, N. N. esse mor-
tuum, licet, qui eam profuderit, nesciatur. ib. m. 6.
Quo veteres Rabbini inducti fuerint ad testimonia
tam levia admittenda in causa tam gravi, qualis est
dissolutio matrimonii, nullibi invenerimus, interim
ex Mischna c. 1. m. 7. appareat, iam aevo R. A F I K A E
seu seculo post C. N. primo de admittendo huius-
modi testimonio decreuisse magistros, relinquentes
forsitan, ad evitandum maius malum, conscientiae
uxoris, testimonio in iure alias invalido suffulta*ce*
secundas inire velit nuptias.

§. 3.

Si uxor quaedam ¹⁾ maritum suum mortu-
um esse dixerit, atque mariti frater secundum
legem mosaicam ²⁾ eam uxorem duxerit, hic
levir, ³⁾ uxor's testimonio hereditatem adi-
scitur, quia in sacris litteris scriptum est, pa-
tris nomen ⁴⁾ conservet, atque hoc fecit.

1) reversa sola ex itinere, quod cum marito improle
instituerat. vid. not. 1. ad §. 2. h.c.

2) Deut. XXV, 5. 6.

3) De successione leviri, fratriam ducentis, in quaevis
bona defuncti fratris, cum exclusione patris et fra-
trum, si qui sint, egit SELDEN. tr. de success. c. 14.
Quae successio tamen vix ac ne vix quidem conting-
re potest in his regionibus, ubi sponsa vel sponsae
pater per paet'a dotalia prospicere solet, ut sponsi
fratres puberes in antecessum iuri leviratus sibi com-
petenti renuncient per litteras Chaliza. vid. Adlers
judi-

jüdische Contracte, n. 31-33. et PUFENDORF T. I.
obser. 97. et Tom. IV. obs. 158. Cum vero impubes sponsi frater adest, eius pater de huiusmodi litteris ab illo, adepta pubertate, dandis, cavere consuecit. Adler l.c. n. 42. Id quod introductum nobis videtur ad evitandam collisionem cum L. 7. C. de Iudeis, prohibente ne morem suum in coniunctionibus retineant Iudei, nec iuxta legem suam nuptias sortiantur.

- 4) Nomen hic, secundum veterum Rabbinorum mentem, idem significat ac possessio hereditaria, SELDEN. l.c. cap. 14. quo sensus totius commatis Deut. XXV, 6. est, patris hereditatem conservet filio forsitan gignendo, cui nomen defuncti fratris concedatur, ne illud ex Israëlitis deleatur.

§. 4.

Si quis aqua profunda submersus sit atque testes, coram quibus immersus est, veniant dicentes, memoriam eius periisse,¹⁾ quamvis uxor eius ideo in matrimonium duci non possit, heredes tamen, horum testimonio, hereditatem²⁾ adipiscuntur. Ita etiam, si testes dicant, se eum in leonum vel pardorum foveam cadentem, aut suspensum, quem aves consumerent, vidisse,³⁾ item,⁴⁾ eum in praelio, gladio confossum, animam effusisse, vel alio loco occisum esse, se eius faciem quidem⁵⁾ non agnovisse,⁶⁾ at in eius corpore signa evidentia, ex quibus eum agnoverint, fuisse: ex his omnibus

bus atque huius generis ⁷⁾ aliis a testibus prolati, cum memoria eius perierit, heredes hereditatem quidem consequuntur hoc testimonio, sed eo uxor in matrimonium duci non potest. Et quidem non aliam ob causam Rabbini hisce in casibus difficultates attulerunt (vel severi atque exacti fuerunt) quam ob poenam extirpationis liberorum: ⁸⁾ in rebus autem pecuniam ⁹⁾ tantum concernentibus, si testes tales circumstantias testentur, ex quibus colligi possit, eum periisse, atque dicant, se ipsos eas, quae supra adductae sunt, circumstantias vidisse et memoriam eius periisse, posteaque auditum sit, eum mortuum esse, ¹⁰⁾ heredes eorum testimonio hereditatem adipiscuntur.

¹⁾ ignotum esse, quod evaserit, neminem eum postea vidisse.

²⁾ Sufficit ad hereditatem transferendam, quod submersus sit. Quod emiserit, est res facti. quam ius Ebraeorum nunquam praesumit, conjectura potius iudicans rem semper in eo statu manere, quo semel fuit. Cum igitur semel submersus semper submersus putandus sit, ideo heredibus ius successio- nis tribuitur. Aliud dicendum de uxore, quippe quae sub poena in adulteras statuta alii nubere nequit, nisi testatum sit, maritum efflavisse animam. Misch-na tit. Jesamoth cap. 15. m. 3. et 4. quamvis quodlibet testimonium admittatur vid. not. 1. ad §. 2. h.c.

- 3) nescire autem se, utrum a feris devoratus sit, an in columnis evaserit, aut utrum in cruce spiritum ediderit extremum, an gratiam poenae consecutus sit, interim memoriam eius periisse.
- 4) ex testimoniiis huc usque prolati urgentissima tantummodo subsecutae mortis, ob vitae periculum praesentissimum, oritur praesumptio coniuncta cum interitu memoriae: iam sequitur exemplum de testata morte personae, ex signis in corpore repertis agnita.
- 5) ob plagas illi inflictas.
- 6) Nam testimonium, quod corpus quoddam ex sanguine inventum cadaver sit cuiusdam N. N., non valet, nisi signa de facie atque de naso defumia sint, ad id, ut uxor alii nubere possit. Mischna tit. Jefamoth. cap. 16. m. 3.
- 7) in mischna 3. dicti cap. recitatis.
- 8) Metuentes scilicet, si in dubio nuptias concederent atque hoc modo ansam fortasse ad adulteria praebarent, poenam extirpationis, Num. XV, v. 30. in transgressores legum statutae, quam in excisione prolis consistere dicunt Rabbini. M.
- 9) bona vid. n. 4. ad §. 6. cap. I.
- 10) id est, fama de eius morte percrebuerit per contrarium non debilitata rumorem.
-

CAP. X.

*Quid captivi, profugi et voluntario
profecti bonis sit faciendum?*

§. I.

Si quis in captivitatem ductus sit, auditaque ¹⁾ eius morte, heredes hereditatem adierint atque inter se partiti sint, bona ex heredum potestate non extrahuntur. ²⁾ Idem obtinet, si quis in fugam ob imminentia periculum se contulerit. At si quis sponte profectus sit, posteaque, cum fama de eius morte exierit, heredes hereditati se immiscuerint atque bona inter se diviserint, extrahuntur ea ex illorum potestate, ³⁾ usque dum testimonia adduxerint, bonorum dominum seu possessorem mortuum esse.

1) ex fama, femina, alieno vel unico teste. vid. not. I.
ad §. 2. cap. IX.

2) Salvo tamen iure in bonis ipsis, si captivus vel profugus redeat.

3) Quid faciendum sit bonis voluntario absentis, auditae eius morte, docet §. 5. h. c.

§. 2.

Si quis captivus ductus fuerit aut si quis fuga sibi consuluerit periculi vitae causa, iudi-

F 2

cum

cum ¹⁾ est officium, ut bonorum eius curam gerant. Atque hac iis agendum est ratione: omnia mobilia viro fide digno conservanda coram tradant, fundos in propinquorum, qui de iure heredes eius sunt, potestatem dent, ut eos colant atque ad eos se occupent, usque dum mortuum eum esse constet, vel usque dum redierit. (*Si plures adsint heredes inter eosque quidam agricolae, quidam non, fundi in priorum possessionem veniunt.*) ²⁾ *Tur. cap. 3.* Atque cum captivus vel profugus redierint, censeantur propinquorum operae in agris colendis positae et fructus ex iis percepti more huiusmodi terae agricolarum. MAIMON. cap. 7. de hereditate. (*Nonnulli sunt dicentes, meliorationem tantum more agricolarum taxari, non vero fructus, quippe quos omnes accipiatur.*) ³⁾ *Tur. cap. 4.* nomine R. J. et R. Ascher. *Quodsi autem defunctum eum esse prius, quam bona in possessionem acciperent propinqui, auditum sit,* ⁴⁾ *ex meliorationibus nihil ei debetur, et propinquus, quibus fruitus est, reddere opus non habet, nec quas consumsit, ab eo repetuntur.* ⁵⁾ *Ibidem.* Quare vero et mobilibus et immobilibus curator non praeficitur? quia iudicium non est, praeficere curatores adultis sanae mentis. (*Attamen si sit, qui in salutem* ⁷⁾ *captivi, curator esse*

ve-

velit, is ponitur atque eo nibil est melius; heres tamen contradicere potest, 8) ne curator praeficiatur. Tur. cap. 2. nomine R. Ascher et Ner Israël cap. Hamapkid. At nonnulli dicunt, heredem minime contradicere posse. Hamagid Mischne cap. 7. et MOR-DACHAI cap. 5. fol. 40. de hereditate. Mente captis idem ius est ac impuberibus iisque curator praeficitur. 9) R. Sch. Ben. A. fol. 40^a.)

- 1) qui sunt, in terris regis Borussiae Rabbinus cum senioribus. vid. General-Privilegium der Juden, de anno 1750.
- 2) qui eos melius colere possunt, quam heredes, qui non sunt agricultae. M.
- 3) Melioratio hic improprie sumitur, pro eo, quod fecit, ut bona meliora redderentur, id est pro opera.
- 4) redux, si adhuc existent: si enim non amplius existent, omnino aestimari debent ab agricultis.
- 5) quamvis fama perlata sit vana,
- 6) Lucratur itaque bonae fidei possessor quo vis fructus perceptos, etiamsi locupletior iis factus sit,
- 7) in commodum absentis, de quo, an vivat, nescitur.
- 8) tamquam heres futurus, cuius interest, fundum coli optimo, quo fieri possit, modo.
- 9) non tamen ex agnatis aut cognatis mente capto absenti curator praeficitur. vid. §. 6. et 7. huius cap.

§. 3.

Si quis captivus vel profugus periculi causa segetem metendam, aut uvas vindemiandas, aut palmas circumdandas, aut olivas destringendas reliquerit, iudices eius bona in suam ipsorum potestatem sumunt et procuratorem ¹⁾ praeficiunt, qui segetem metat, uvas vindemiet, palmas circumdet, aut olivas destringat, fructus vendat, atque pecuniam ceteris, quae apud iudices sunt, mobilibus adiungat, quo facto propinquus demum in bonorum possessionem venit. Nam si antea ea accepisset, forsan fructus carperet, quos quidem carpendos ²⁾ putaret, eosque consumeret. Hoc etiam obtinet intuitu atrii, ³⁾ diversorii seu cauponae et tabernae nummariae, ⁴⁾ ubi neque labore neque fatigione opus est. ⁵⁾ Non enim tale quid agricolis tradi solet, et eorum possessionem heres non accipit, quippe qui ⁶⁾ usumfructum capit ⁷⁾ et consumit; ⁸⁾ sed tali proceditur ratione. Iudices collectorem ⁹⁾ constituunt atque collecta reservantur usque dum heres testimonia afferat, eum mortuum esse, vel ipse redeat et bona sua recipiat. Nec unquam propinquui in bonorum veniunt possessionem, nisi sint agri, horti, vineae atque huius generis alia, ut ea iure

iure agricolarum habeant, ne bona detrimentum capiant eaque dominus vasta viduaque inveniat.

- 1) Non curatorem constituant, qui vice absentis sit: tales enim non constituant in bona adulorum, sed tantum confirmant ultro se offerentem vid. §. anteced. sed vice sui ipsorum delegant quemdam, commissarius vulgo appellatur.
- 2) Sibi seu in suam utilitatem, coniecturando absentem numquam redditum esse.
- 3) domus per synecdochen: in oriente enim quaelibet domus atrio instructa est.
- 4) item tabernae mercatoria,
- 5) praesertim cum domus vel taberna, post mobilia vel merces extractas, claudi aut locari possit.
- 6) ut possessor, ad redditum usque absentis.
- 7) pecuniam ex mercibus redactam non deponit, sed retinet,
- 8) in suum usum vertit, salva restitutione, si absens redeat.
- 9) qui mobilia ex atrio, victum e diversorio, nummos ex taberna nummaria extrahat atque iudicibus tradat.

§. 4.

Si quis sua sponte profectus sit, relictis bonis, atque ignoretur, quo locorum viam suam direxerit, et quid ei acciderit, venire heredem in possessionem non sinimus, et si heres

F 4

ap-

apprehenderit, ex ea removemus: nec iudicibus licet, ignominia eum afficere ¹⁾ constituen-do curatorem fundis eius vel mobilibus; volun-tario enim profectus est et bona sua reliquit. Quid autem huiusmodi bonis faciendum est? Mobilia manent apud illum, in cuius potestate sunt, usque dum veniat eaque repeatat, vel us-que dum, eo mortuo, heredes ea poscant, et fundi manent in vicinorum ²⁾ manibus nec ab eis merces poscitur. Si agrum vel vineam re-liquerit, in quo agricola habitat, is in huius potestate manet, usque dum adveniat; atque si vineam vel agrum vastum reliquerit, vastus manet: ita enim voltuit, nec tali, qui ex sua voluntate iacturam bonorum facit, ea reddere possumus. ³⁾ (*Attamen cum deinde alia bona ad eum devoluta sint, 4) quae ignoret, in his idem ius obtinet, ac in bonis captivi R. JERUCHAM. Ita etiam si ad locum non periculosum profectus sit, brevi redditurus, atque non redeat, est ut talis, qui ex sua voluntate non profectus est. 5) Beth Joseph: nomine R. Jacob Ben. R. Ascher et Ner J'srael Perrek Hamaphkid fol. 40.*)

1) quia adultis curator non constituitur, nisi mente captis vid. §. 2.

2) quibus curam eorum mandaverat.

3)

3) Haec tenus dicta tantum intelligenda sunt de eo, qui voluntario proiectus est in loca longe diffixa et periculosa, atque testamentum prius non fecit, quod facere debebat, quo heredes in utili, post auditam de eius morte famam, bona occupare possint. Et quia non fecit, praesumitur, voluntatem eius non fuisse, ut heredes in possessionem veniant. Beth Joseph et Darke Mosche nomine R. Jacob Ben. R. Ascher. M.

4) iure hereditario ex bonis agnati vel cognati.

5) Ad locum non longe diffitum neque periculosum proficiunti, testamentum ut faciat, non necesse est. Dicimus enim, propterea testamentum non fecit, quia brevi redire voluit, et cum non redierit, non potest non ei accidisse aliquid, propter quod remanere coactus est, habendus est igitur instar captivi Beth Joseph. l. a. M.

§. 5.

Si de illo, quod obierit, auditum sit, iudices mobilia extrahunt, ¹⁾ eaque viro fide digno suo ipsorum nomine tradunt. (vid. M A I M O N. cap. 7. de heredit. Mobilia propinquu non dantur ut propinquu, sed quo conservator eorum tantummodo sit, tamquam extraneus. vid. cap. 290. §. 2. et §. 8. b. c.) Atque, propinquus ut veniat in agrorum et vinearum possessionem, permittunt tantum, quo in iis sit ut agricola, usque dum testimonia certa adferat, dominum eorum defunctum esse vel quousque ipse redeat.

¹⁾ ex manibus illius, cui ea tradiderat absens.

F 5

§. 6.

§. 6.

Propinquus, qui in bona captivi, vel profugi periculi causa, vel voluntario profecti de cuius morte fama est, immittitur, impubes esse non debet, fortasse enim deteriora bona faceret. Nec propinquum venire ¹⁾ in impuberis ²⁾ bona sinimus, ³⁾ forsan enim dicturus sit impuberi: haec pars mea est, quae iure ad me pertinet, et quamvis sit longa agnatione coniunctus, tamen in possessionem bonorum non venit, exempli causa, si duo sint fratres unus adultus et alter impubes in captivitatem ductus vel profugus, adulto in huius bonis possessio non tribuitur, quia impubes eum impedire non potest, ⁴⁾ qui forsan reddituro multis post annis diceret, haec est mea pars iure ad me pertinens, neque impuberis fratri filium in bonorum possessionem venire sinimus, forsan enim diceret, hanc partem a patre meo accepi.

¹⁾ administratoris instar bonorum absentis adulti, qui cum fructus retineat, liberiorem in bonis facultatem haber, quam curator impuberis, ad reddendas quotannis rationes obstrictus. Quamvis et hic in possessionem veniat atque in possessionis symbolum interdum portiunculam de atrio fundi pupillaris, magnitudine quatuor ulnarum, donatam accipiat. vid. Adlers jüdische Contracte, n. 39.

²⁾ absentis, quippe de quo totum caput agit.

³⁾

- 3) Haec regula per §§. seqq. 7. et 8. ita limitata est, ut generalis esse regula desinat. Summa potius totius doctrinae de administratione bonorum absentis impuberis haec est. Propinquus in bona impuberis absentis mobilia venire potest, nec non in immobilia eius, quae bona hereditaria non sunt, item in bona hereditaria, si nondum divisa sint, atque propinquus cum impubere hucusque in convictu degerit. In bona vero immobilia impuberis hereditaria, sive sint divisa, sive non, propinquus venire nequit, ne forsan reddituro olim impuberi dicat: haec est mea pars. Singulares quorundam Rabbinorum opiniones silentio hic praetermissimus, ex opusculo ipso cognoscendas.
- 4) quo minus sibi arroget bona impuberis absentis, qui eorum notitiam non habuit, et peregre acquirere nequit. Atque in hoc consistit ratio, cur propinquus in bona absentis adulti venire possit, vid. §. 2. h. c., in bona absentis impuberis non possit.

§. 7.

Venire propinquum in bona impuberis non sinimus, nec talem, qui per avunculum (impuberis) coniunctus est atque heres eius esse nequit, longae remotionis caussa.¹⁾ Et quamvis adsit partitionis inter eos documentum,²⁾ tamen neque in domuum neque in agrorum possessionem venit. Atque licet dicat: scribite mihi litteras, quod in iis esse tantummodo velim, ut agricola, in ea tamen non venit. Fieri enim potest, ut litterae amittantur et post longum

gum intervallum dicat: haec est mea pars, quam vel ipse vel per alium hereditatis iure accepi.
(Propinquum in impuberis bona venire prohibemus solummodo, si cum eo in convictu non degat atque bona inter eos divisa fuerint: ubi autem nondum divisa sint bona, fratresque 3) in convictu degant, 4) omnino hic propinquus bonorum eius habeat possessionem. Ner IsraeI nomine R. A. Ben. D.)
 Nonnulli sunt dicentes, quod propinquus in bona impuberis tantummodo venire non possit hoc pacto, ut iis fruatur, 5) sed quod tamquam curator, qui bonis non fruitur, 6) venire quis possit, etiam si propinquus sit. Ita etiam in bona, quae hereditaria impuberis non sunt, 7) propinquus potest immitti. Beth Joseph nomine R. S. Ben E. et R. Jeruchem cap. 26.

1) nec avunculi proles, nec avunculus, nec avus maternus, nec mater ipsa heredes esse possunt confobrini, nepotis ex sorore, nepotis ex filia et filii vid. cap. I. §. 4. n. 2. Cum igitur R. K A R O hic locutus sit de huiusmodi cognato, qui heres esse nequeat longae remotionis causa: non potuit, quin in animo habuerit cognatum, qui simul est agnatus, id quod apud Iudeos haud raro evenit, qui cognatas ducere uxores amant. Ceterum et cognatus in bona impuberis, ex hereditate cognati, v. c. avi materni, in eum devoluta, venire nequit ob rationem in not. 3. ad §. 6. prolatam, conf. infra §. 9. h. c. et quidem sine discrimine, an heres esse possit absentis impuberis, nec ne.

9)

- 2) privatum, quod interverti vel amitti potest. Quodsi enim partitio in publicis inscripta fuerit tabulis, ratio cesseret, cur propinquus bonis absentis impuberis hereditariis praefici non possit.
- 3) utrumque requiritur, nec sola bonorum indivisa possessio sufficit. vid. §. 9. h. c.
- 4) potius, in convictu hucusque degerint, cum absente enim revera non degunt.
- 5) fructus percipiat et retineat usque eo, dum absens reversus sit, exemplo propinqui, in bona necessario absentis a iudice immisso secundum §. 2. h. c.
- 6) et rationes quotannis reddit, aequa ac curator vel tutor (iure enim iudaico inter utrumque nulla intercedit differentia) personae et bonis pupilli a iudice vel patre institutus. Interim R. K A R O album huic sententiae apposuisse calculum non videtur, quam ideo in not. 2. ad §. 6. h. c. praetermissimus, praesertim cum in regionibus, in quibus moris non est, ut possessores immobilium bonorum in iudicialibus consignentur libris, impubes utique laedi posset, si v. c. propinquus in locum optimorum impuberis agrorum substitueret alios lapidibus confragosos, qui eadem ipsis obvenerint hereditate.
- 7) ab extraneo donata bona, quippe de quorum pristinis possessoribus accolae, ad testandam veritatem, satis habere solent notiae, quae intuitu bonorum hereditariorum, privata ut plurimum auctoritate divorum, facilius iis deesse potest.

§. 8.

Quod supra dictum est, propinquum in impuberis bona venire non posse, non intelligen-

gendum est, nisi de bonis immobilibus: pecunia¹⁾ enim impuberis in eius potestatem datur. (Tur. cap. 14. nomine R. J. F. Atque propinquus melior est alio. Itaque si propinquus et extraneus ad sint, ambo aequa fide digni, propinquus praferendus est et bona²⁾ in illius potestatem traduntur. Cum autem propinquus non sit fide dignus atque extraneus sit fide dignus, hic constituitur curator, ut declarat MEHORAM in responsionibus suis. Idem sentit Gemara cap. Hamaphkid fol. 40. Ita etiam si impuberi, vivente patre, bona ab avo materno vel alio quodam deferantur, immobilia in patris potestatem non dantur,³⁾ quia propinquum venire in impuberis bona non ferimus, sed iudices iis curatorem constituunt. Cum vero sint mobilia, eiusque pater sit dignus, qui constituantur curator, ea in eius potestatem dantur R. Ascher reg. 82. cap. 3. et Beth Joseph cap. 250. nomine R. J. tba. At nonnulli sunt dicentes iudicium non esse officium, ut eligant curatorem honorum impuberis, qui patrem habet, nisi notum sit, patrem esse nequissimum. Beth Joseph cap. 250. nomine R. J. Ben. N. et R. Ascher.)

1) ad mobilia in genere, cum pecunia hic opponatur immobilibus bonis.

2) mobilia

3) haec nisi sententia obstaret, credidissemus, agnatum in bona a cognato et cognatum in bona ab agnato delata

delata venire posse, cum cognati agnatis sint ut extranei, vid. cap. 1. §. 4., atque neuter de bonis, ad alterius familiam olim pertinentibus, afferere possit: haec est mea pars.

§. 9.

Accidit, ut mulier, cui erant tres filiae, cum una ex filiabus in captivitatem duceretur et filia secunda obiret, relicto filio impubere, quo casu sapientes ita diiudicarunt: filia reliqua in bona venire non potest, forsan enim mater mortua est et tertia pars ad impuberem pertinet, nec tamen, ut propinqua in impuberis bona veniat, patiendum est; sed et impuberi bona dari non possunt, forsan enim senex vivit, nec tamen, ut impubes in captivi bona veniat, fieri debet. Hoc igitur modo agendum est, quia per se opus est, ut parti impuberis ¹⁾ curator constituatur, volumus constituere curatorem ad omnia senis bona. Cum postea auditum est ²⁾ matrem obiisse, sapientes ita pronunciarunt: filia reliqua accipiat tertiam bonorum partem, quae est sua hereditatis fors, impubes quoque accipiat ³⁾ tertiam bonorum partem, quae est sua hereditatis fors, atque pro tertia parte curator ⁴⁾ filiae captivae constituantur, impuberis causa, ad hunc enim dimidia illius partis pertinet. Atque hac ratione in qui-

quibusvis casibus huiusmodi generis est decernendum.

- 1) A regula in §. 2. proposita, quod adulorum bonis curator praefici a iudice, sua sponte, non debeat, exceptio hic traditur, si scilicet inter heredes adulti necessario absentis legitimos impubes adsit.
- 2) Si testes idonei circumstantias ediderint sufficientes ad concludendum captivam obiisse. tunc enim heredes bona absentis adipiscuntur aequae, ac si de morte ipsa testatum fuerit, vid. cap. IX. §. 4. Atque hoc sensu vox: auditum sit, in praesenti sumi debet, alias enim, si fama tantum sit defunctorum quem esse, aut si personae testimonio ferendo impares mortuum quem esse dicant, heredes ex hoc testimonio hereditatem minime adipiscuntur. ibid. §. 2.
- 3) per curatorem possidendam.
- 4) a curatore parti impuberis dato diversus.

§. 10.

Si femina quaedam in captivitatem ducta ibique apostata facta atque alieno ab Israëlis ecclesia nupta sit, cum ea inter nos habet fundos, atque mobilia, in his bonis utimur eodem iure ac in bonis captivae apostatae non factae.¹⁾

- 1) vid. cap. 10. §. 2. Ratio, cur erga huiusmodi apostamat mitiores sint Rabbini ac in cap. VIII. §. 2. erga alios apostatas, in eo quaerenda est, quod uxor captiva, metu forsan inducta, sacra Israëlis relinquerit.

CAP. XI.

*Quomodo parentibus orbati et adulti
et impuberes ex patrimonio alantur?*

§. I.

Si quis mortuus sit relictis filiis adultis et impuberibus, aut filiabus adultis et impuberibus, cum adultis plus opus sit ad vestimenta impuberibusque plus ad alimenta, neque hi alimenta neque illi veste capiant ex communibus redditibus, sed aequaliter inter se dividant ¹⁾ et quilibet vestimenta atque alimoniam ex suis ipsius facultatibus sumat. ²⁾ (*Magid. Mischne cap. 9. de hereditate nomine R. Sch. Ben A. Ner J'srael cap. 13. fol. 40.^a*) Hoc tamen solummodo fit, si contradixerint quidam, (*contradiccio enim, et cum omnes adulti sint, valorem habet.*) Quodsi vero nemo contradixerit, hi alimenta capiunt, et illi vestimenta: nam sine contradictione in omnimoda communione sunt, idque alter alteri ³⁾ remittit. ⁴⁾ *Tur. cap. 20. nomine R. Jesaia.* Attamen est, qui in hoc dissentit.

1) vel ipsam hereditatem paternam, vel redditus ex hereditate seu fructus bonorum communium, quod ultimum ex §. 2. apparet, ubi bona nondum divisa in utilitatem omnium administrantur, de vestimentis ta-

men singuli ex redditibus sibi prospicere debent, cum non nisi per modum exceptionis, ex redditibus communibus comparanda esse ea statuatur.

- 2) Regula hic proposita esse videtur; et est re vera generalis regula compilatori Mischnae tit. Bafa Batra cap. 8. in. 7. et 8. At Rabbini, annexendo in sequentibus limitationem, sine qua dicta locum non habent, dummodo nempe quidam ex heredibus contradixerit, regulam in Mischna traditam in exceptionem transmutarunt, ut ita thesis tali proferri debuisse modo: filii adulti atque impuberes, qui hereditatem paternam indivisam possident et in communione omnium bonorum constituti sunt, ex iis et vesciuntur et alimenta capiunt omnes et singuli, absque respectu aetatis, nisi quidam eorum contradixerit atque ad divisionem vel patrimonii vel fructuum provocaverit; tunc enim singuli ex portione sibi assignanda alimenta et vestimenta capere debent. Et hoc etiam obtinet, si omnes heredes vel adulti vel impuberes sint, SELDEN. de success. cap. 9. in initio.
- 3) qui vestimentorum vel alimoniae causa ex patrimonio communi plus accepit.
- 4) Hodie, quamvis nemo contradicat, iudices ex officio praefinire solent, quid pupillis alimentorum nomine sit ex bonis suppeditandum, postea in hereditarias eorum portiones imputandum. vid. Appendix num. II.

§. 2.

Hoc autem tantum sit dictum, ¹⁾ si impuberum non intersit, quomodo adulti vesciti sint, si quidem inde nihil commodi percipient. Cum autem

autem fratum natu maximus quoddam mercatura genus facit, ²⁾ ideoque impuberum interest, ³⁾ natu maximum, quo auctoritate valeat, splendide amictum esse, tunc ex communibus redditibus vestitur. Atque si quidam fratum ei adversentur, arbitrium est penes iudicium.

- 1) quod vestimenta sibi quilibet comparare suis numeris debeat, post contradictionem a quodam eorum interpositam.
- 2) ex communi patrimonio in omnium utilitatem.
- 3) cum lucrum ex mercatura in omnes redunder.

§. 3.

Si adulti post mortem patris uxores duxerint, ¹⁾ impuberes etiam ex communi patrimonio uxores ducant, posteaque inter se partiantur. Ubi autem adulti, patre vivente, uxores duxerint, ²⁾ atque impuberes post mortem patris dicant, volumus itidem uxores ducere ut vos, ad horum dicta non attendimus; sed quod pater illis dedit, factum est. ³⁾ (vid. M A L M O N. cap. 9. de hereditate fol. 12.) (*Si quis filium suum despenderit eique dotem determinaverit, 4) prius vero, quam filius connubium inierit, mortuus sit, filius dotem non accipit nisi ex sua parte, quia patre vivente in suam non venit potestatem.* ⁵⁾ Si quis a patre redemptus sit e carcere, hoc ⁶⁾ postea illi

de parte hereditaria detrabitur, nec enim dicimus, quod pater ei hoc donaverit, sed potius, quod ei ut mutuum dederit, 7) nisi coniectura adsit patrem ei hoc donasse. J. K. in responsionibus cap. 104. fol. 40.)

- 1) impensis ex communi patrimonio sumtis. RABE
ad Mischn. tit. Bafa Batra cap. 8. m. 7.
- 2) impendio patris,
- 3) Filius itaque conferre non debet dotem et impensas nuptiales, quae pater in eum erogavit.
- 4) quae a sponso vel patre sponsi constituenda est sponsae, SELDEN. uxor ebraica lib. 2. cap. 9. atque differt ab illatis a sponsa.
- 5) determinavit enim solummodo, sed non constituit (quod peractis demum solennibus nuptiarum fit) dotem per traditionem symbolicam seu apprehensionem pallii, ideoque verum patris debitum non adest. Paetum tale de ineundo matrimonio et constituenda dote, primarum litterarum dotalium nomine veniens, vid. in Adlers jüdischen Contracten, n. 31. cf. ibid. num. 32.
- 6) quod solutum est pro liberatione e carcere,
- 7) Ratio differentiae hanc inter atque antecedentem decisionem in eo quaerenda nobis videtur, quod pater ad dotem filio dandam impensasque nuptiales faciendas obligatus est, siquidem absque dote nuptiae contrahi non possunt, ad redimendum e captivitate autem nemo obstrictus est, nisi maritus. SELDEN.
uxor ebraica lib. 3. cap. 4.

§. 4.

§. 4.

Si pater quidam filio suo uxorem dederit, nuptiarumque solennia suo sumtu celebraverit, atque huic filio dona nuptialis,¹⁾ patre vivente, missa sint, iam vero, patre mortuo similia dona sint renumeranda,²⁾ ex communibus redditibus dantur.³⁾ Cum autem filius ipse solennia nuptiarum suo sumtu celebravit, remuneratio sit ex bonis filii, cui dona nuptialis missa erant.

(*Tur. cap. 5. nomine Maimonides fol. 13.*)

1) a quopiam ad mittendum obligato per pactum Scheschbinuth dictum, quod est societas quedam a iuvenibus inita, ut invicem nuptiis suis adsint, quae socii, atque ut invicem die cuiusvis nuptiali dona eiusdem valoris nuptialis ex pecunia atque esculentis constituta sibi mittant ad levandos nuptiarum sumptus. RABE ad Mischnam tit. Bava Batra cap. 9. m. 4. not. 57.

2) ei, qui prius dona misit, nuptias itidem celebraturo,

3) quia dona priora ad nuptias patris sumtu celebratas, adhibita sunt, certe adhiberi potuissent.

§. 5.

Si pater quidam dona nuptialis nomine unius ex filiis cuidam miserit, posteaque¹⁾ filio remuneratio fiat, dona ad hunc pertinent. Cum autem pater nomine omnium suorum filiorum dona miserit, si remuneratio fiat,²⁾

G 3 do-

dona omnibus sunt communia. 3) At vero illi, cui dona erant missa, remunerare ea opus non est, 4) nisi cum omnibus fratribus gavisus sit, 5) quia omnes sunt socii et comites, eique dona nomine omnium fratrum a patre missa fuerunt. Itaque si cum quibusdam eorum tantummodo gavisus sit, non nisi horum partes remunerat, 6) quae quidem omnibus fiunt communes.

- 1) post mortem patris. Pater enim, si viveret, nuptias suo sumtu celebraret ideoque dona ad patrem pertinerent, cum dentur ad levandos sumtus nuptiales.
 - 2) mortuo patre,
 - 3) ad patrimonium commune pertinent, ideoque patrem mortuum esse oportet.
 - 4) *Olim ob denegatam huiusmodi remunerationem in iudicium vocari quis poterat, quod hodie in usu non est. M.*
 - 5) si omnium fratrum nuptialibus solennibus non adfuerit.
 - 6) v. c. si quatuor fratrum nomine viginti unciales dono acceperit, eorum quemque remunerat quinque uncialibus.
-

CAP. XII.

Si quis mortuus sit et filios adultos atque impuberes reliquerit?

§. I.

Si quis mortuus sit relictis filiis adultis et impuberibus, atque adulti bona meliora fecerint, melioratio ad omnes pertinet, nec operaem mercedem recipiunt.¹⁾ (*Verba MAIMONIDIS ad cap. 9. de heredit. fol. 2.*) Cum autem dixerint, videte, in eo quod pater nobis reliquit laboramus, ut id consumamus, melioratio ad eos pertinet, qui bona meliora reddiderunt. Quod vero tantum sit, si melioratio sumtibus facta sit; cum vero bona per se meliora facta sunt, melioratio in communione omnium heredum est. Ita etiam, si defuncti uxori cum suis sororibus aut cum patrui filiabus partiendum sit,²⁾ illaque bona meliora reddiderit, melioratio in partes aequales dividitur. Cum autem dixit: testes eritis, in eo quod a marito relictum est, laborabo, eoque fructus habebo, atque bona sumtibus meliora fecit; melioratio ad eam pertinet. Haec solius Maimonidis sententia est, de qua nemini cum eo convenit, sententia potius omnium est, ut supra diximus, si adulti

G 4

bona

bona meliora fecerint, melioratio partienda est, si quidem bona ³⁾ per se meliora facta sint ⁴⁾ v. c. si mercenarios sumtibus patrimonii mercede conduixerint, vel aliquo genere mercaturaे negotiati sint. ⁵⁾ Cum autem ea meliora fecerunt impendio suarum facultatum, aut ipsi operam suscepérunt fodiendo vel aedificando, ad suam ipsorum utilitatem meliora reddiderunt. At vero si tali modo rem meliorem fecerint, quali impuberis facere quoque potuissent, ⁶⁾ modo illud iis indicassent, verbi caussā, si custodiverint rem vel aliud huius generis, melioratio inter omnes ⁷⁾ partienda est, quamvis manibus suis laboraverint, quoniam impuberibus nihil de eo indicaverunt. (*Tur. cap. 3. nomine R. Ascher et R. Abraham Ben. D.*) Quodsi autem antea dixerint, ⁸⁾ vos videtis, quod pater nobis reliquit, huic operam collocabimus eoque fructus habebimus, tota, quam in omnibus bonis fecerunt, melioratio etiamque in fratum partibus ⁹⁾ ad eos pertinet, licet ea ope aliorum bonorum ¹⁰⁾ meliora reddiderint. ¹¹⁾ (*Si omnes fratres adulti sint, non opus est, ut hoc in iudicio indicetur, sed tantummodo coram testibus; cum vero nonnulli eorum sint impuberis, opus est indicatione in iudicio.* *Tur. cap. 3. nomine R. Abraham Ben.*

Ben D. et Hamigd cap. 9. de hereditate ac Beth Joseph nomine R. N. *Haec autem omnia non sunt, nisi cum fratres una in convictu sunt, quodsi enim in convictu non sint,¹²⁾ quamvis sua opera meliora reddiderint¹³⁾ bona,¹⁴⁾ non plus accipiunt, quam ille, qui absque licentia socii bona colit.¹⁵⁾ *Tur. nomine R. Abraham Ben David.* *Si uni fratribus plures sint liberi hique bona meliora fecerint, is dicere nequit, date mihi, quae a filiis meis meliora facta sunt, nec etiam fratres dicere possunt, tibi nobis dare necesse est, quod liberi tui consumserunt, sed omnia ad communem cistam pertinent.¹⁶⁾* *Hamagid cap. 10. de hereditate.* *Si fratribus unus cuidam dona dederit,¹⁷⁾ et fratres id non ignorantes taceant, permisso est babenda.¹⁸⁾ *Ner Israël cap. 1. ad Bafa Kama fol. 40.)***

- 1) adulti, exceptiones tamen vide in subsequentibus.
- 2) Ponamus Rubenem in matrimonium duxisse Simonis fratrii sui filiam, debine Simeonem obiisse non relictis filiis, sed tantum filiabus, posteaque Rubenem defunctum esse relictis nec liberis nec fratribus, vidua Rubenis ipsius erit heres cum sororibus suis, non ut uxor, sed ut propinqua legitima M.
- 3) non per naturam, v. e. si arbor parva maior vel crassior evenerit, quo casu melioratio ad omnes prorata pertinet, sed si per se meliora facta sint.
- 4) i. e. si vigilantia tantum fratribus adulorum accedente meliora facta sint, tunc melioratio partienda est, seu dimidia meliorationis pars pertinet ad adul-

tos, in praemium adhibitae vigilantiae, R A F E, ad Mischn. tit. Bafa Batra cap. 9. m. 3. altera meliorationis pars ad commune patrimonium, ex quo et adulti suas ratas capiant, pertinet. Quodsi igitur adulterus atque impubes tantum adsint, adulterus ex melioratione semissim haber, ideo quod eam suscepit, quadrantem vero tamquam coheres, atque impubes quadrantem tantum lucratur, alioquin fieri posset, ut adulteri, qui bona hoc modo meliora fecerunt, accipiendo solummodo dimidiam susceptae meliorationis partem, deterioris fiant conditionis, quam impubes, scilicet si duo vel plures sint adulteri, unicus impubes. Ceterum de quavis melioratione, ex qua in suscipientem praeципuum quoddam prae coheredibus commodum redundat, deducendum prius est id, quod ad perficiendam eam e re communi impensum est, ob dispositionem in §. 6. cap. III. vid. ibid. not. 3.

- 5) ope mercium a patre olim ad negotiandum comparatarum, ubi excessus pretii rei emtae pro melioratione habendus est.
- 6) In hoc ratio, nullibi alias indicata, latet, cur meliorationi ab adulteris susceptae tantus favor tributus sit, quod scilicet quid suscepint, cui suscipiendo impuberes non fuerint pares.
- 7) seu aequis partibus,
- 8) in iudicio, tunc enim iudices adulteris contradicere atque providere potuissent, ut pars bonorum ad pupilos ventura in horum commodum coleretur, quod cum non fecerint, consensisse videntur in meliorationem ab adulteris, suo ipsorum commodo, suscipiendam.
- 9) quae ceteroquin inculta mansissent,

10)

- 10) defuncti patris, e. c. sementem ex eis sumendo, mercenarios nummis hereditariis conducendo.
- 11) Salva tamen restituzione sumtuum ex patrimonio ad meliorationem faciendam impensorum. vid. supra not. 4.
- 12) ideoque in universali omnium bonorum communione non constituti,
- 13) immobilia nondum divisa, sed in communione ab adultis et impueribus possessa. Hoc enim ex eo non solum, quod bonorum in genere fit mentio, sed et quod socius appellatur meliorationem suscipiens, concludendum est. Nec R. Iserlis mos est, ut sub locutione: in convictu non esse, simul intelligat: bona partita possidere. vid. cap. X. §. 7.
- 14) sola vigilancia sua non suis sumtibus, sed impendio patrimonii,
- 15) nihil accipit pro adhibita diligentia, melioratio enim ad omnes pertinet, uti decisum in §. 3. Quodsi tamen suo impendio bona meliora fecerit, expensas repetere potest.
- 16) laborarunt in commodum et alimenta ceperunt impendio patrimonii, itaque compensatio locum habet.
- 17) ex communibus redditibus,
- 18) donandi: nam qui tacet consentit.

§. 2.

Si fratum ¹⁾ quidam nummos ex cista communi sumferit mercaturaे faciendaе causa,
cum

cum sit vir doctissimus, studia sua nec per horam negligens, lucrum ad ipsum pertinet.²⁾ Quod enim studia sua intermisit, hoc certe non fecit, ut fratrum suorum causa mercatum iret. (*Vid. MAIMONIDES de hereditate cap. 9. fol. 5.*)

- 1) in communi convictu constitutorum, cum cistam communem habeant, quae non est, postquam fratres in convictu esse desierunt et mobilia diviserunt, immobilia tantummodo in communione possidentes. Et sane, etiam si in convictu seu universalis bonorum communione non essent, atque frater e patrimonio nummos mercatura facienda causa mutuos sumisset, ex iis nomine meliorationis nequaquam in fratres commodum redundare posset, quippe quod vetitum in Mischna tit. Bafa Mezia cap. 5. m. 4.
- 2) Ob praestantiam viri recesserunt hic Rabbini a regula in §. 1. h. c. not. 4. tradita, secundum quam frater bona per se ipsa meliora reddens, dimidiam tantummodo meliorationis partem accipit.

§. 3.

Si ¹⁾ quis, hereditatem a patre relietam iamiam possidens, bona meliora reddiderit ²⁾ plantando in iis atque aedificando, posteaque ei compertum sit, fratres sibi esse in regione alia, cum hi fratres impuberes sunt, melioratio ³⁾ inter omnes partienda est. Si vero fratres sint adulti, eius opera ut agricolae ⁴⁾ taxatur, ⁵⁾ nam ei ignotum erat, quod habeat fratres. Ita etiam si frater quidam fratribus sui im-

impuberis ⁶⁾ bona ⁷⁾ meliora fecerit, eius opera non ut agricultae taxatur, sed melioratio inter eos partienda est, ⁸⁾ quia sine licentia fecit.
(*Vid. MAIMON. ibidem.*)

- 1) In hac §. R. KARO docet, quid iuris sit, si frater adultus, qui cum impuberibus in convictu non est, bona communia meliora fecerit, de qua materia R. Iserles circa finem §. I. quaedam iam prae-misit.
- 2) ex viribus patrimonii,
- 3) adhuc extans, fructus enim perceptos suos fecit argumento §. 2. cap. X. tamquam b. f. possessor.
- 4) quod et fit, si in fratris adulti absens bona venit. vid. cap. X. §. 2.
- 5) et operae mercedem accipit, salva portione hereditaria ex meliorationibus.
- 6) in convictu secum non degentis,
- 7) quae cum eo communia habet. Quodsi enim bona iam partita vel impuberi aliunde acquisita sint, melioratio dividi non posset.
- 8) aequis partibus, non secundum not. 4. ad §. I. h. c.

CAP. XIII.

Qua ratione vestimenta filiorum et filiarum in divisione hereditatis taxentur?

§. I.

Si fratres inter se partiri velint, etiam eorum vestimenta ¹⁾ taxantur. ²⁾ (*Verba MAIMONIDIS cap. 6. de beredit. fol. 3.* At nonnulli sunt dicentes, fratribus, si adulti sint, ³⁾ vestimenta non taxari. *Tur. cap. 3.*) Illa autem, quibus eorum filii et filiae vestiti sunt, si ex eorum cista sint comparata, non taxantur. Nec etiam illa, quibus eorum uxores vestitae sunt, ⁴⁾ taxantur, cum iam in eorum potestate sint. ⁵⁾ Quod quidem tantum dictum sit de vestibus quotidianis, at vestes dierum Sabbati et festorum omnino taxantur. ⁶⁾

1) quae a patre comparata sunt,

2) ut in summa aequalitate filii sint constituti.

3) Hoc verum esse crediderimus, si vivo patre, post celebratas nuptias, separati ab eo res suas sibi haberint filii, etiamsi in domo patris habitent convictumque cum patre habuerint, atque vestimenta a patre acceperint, cum ea in sua iam potestate habeant; nam quod pater iis dedit, factum est, cap. XI. §. 3. Sed vestimenta filii adulti, in patris familiia

lia adhuc constituti, in patris potestate sunt aequae
ac vestimenta filii impuberis.

- 4) a filii patre uxoribus olim data: nam de vestibus tam quotidianis quam festivis ab uxore secum allatis ex domo patris sui, cuius in his quidem regionibus officium est, filiabus sponsis vestitum necessarium comparare (Adlers iudische Contracte, n.30-31.) quaestio, an taxandae sint, oriri nequit, quippe quae ad bona saceri nullo modo pertinent.
- 5) Cum uxor ea arcae suae yestriariae inclusa, ideoque maritus ea, ut alia uxorum bona, in potestate habeat. vid. cap. VIII. §. 2.
- 6) Inde sequitur, ut in potestatem mariti uxoris non venerint. Forsan in regionibus orientalibus moris est patribus familiae, habere vestimenta festiva, usui feminarum ex familia destinata?

§. 2.

Si quis moriturus ¹⁾ iussiterit dono ex suis bonis dari cuidam palmam aut agrum, atque fratres, ubi inter se partiti sint, non dede-
rint, ²⁾ partitio non valet, ³⁾ sed illi prius dan-
dum est, quod pater dari iussit posteaque de-
nuo inter eos partiendum. (vid. MAIMONID.
ibid. At si unus eorum, ⁴⁾ quo partitio valeat, da-
re illi banc rem e bonis suis, alterque huic, quocum
partitus est bona, vicissim numimos dare ⁵⁾ velit,
id facere potest. Tur. cap. 5. nomine R. Ascher.)

1)

- 1) seu aegrotus, cuius verba valent ac si scripta essent et res donata iam tradita sit. v. cap. VI. §. 1. not. 1.
- 2) rem donatam, sed cuidam ex heredibus in portionem suam imputaverint,
- 3) quia donatarius rem donatam ab eo, cui assignata est, exigere nequit, siquidem heredes, post factam divisionem, pro rata tantum conveniri possunt, vid. cap. III. §. 10.; donatarii tamen, ut rem donatam ipsam accipiat, interest.
- 4) cui res donata assignata est,
- 5) indemnitatem nummis praestare pro sua rata,

C A P . X I V .

Si fratres adulti atque impuberes inter se dividere velint.

§. I.

Si quis orphanos reliquerit alios adultos, alios impuberes, atque illi, quo portiones suas accipient, inter se dividere velint, iudices minoribus curatorem ponunt, qui partem bonorum pro iis eligat. ¹⁾ (*Verba MAIMONIDIS cap. 10. de heredit. fol. 4.*) At nonnulli sunt dicentes, forte inter eos dividendum esse. (*Tur. cap. 1.*) Atque impuberes, postea adulti facti, impugnare partitionem nequeunt, quia iudicium cura divisum est. Cum autem iudices in taxa-

xatione erraverint et bona ²⁾ sexta parte minoris aestimaverint, illi ³⁾ impugnare hanc partitionem possunt ⁴⁾ atque adulti facti, denuo inter se partiuntur. ⁵⁾ Curator autem, licet ab orphanorum patre sit constitutus, dividere sine iudicibus non potest, nisi ad hanc rem praecipue electus sit. Vid. Responsiones R. N. cap. 40. fol. 40. ⁶⁾ Nec iudicibus ipsis licet dividere talem rem, ⁶⁾ de qua dicendum est: trabe ⁷⁾ aut ego traham ⁸⁾ Tur. cap. 1. et R. Ascher Perek Haishch Mesadesch. Nonnulli autem adversantur, iudicibus id permittentes. ⁹⁾ M O R D A C H A I , in cap. cit. et Ner. Israel cap. Almanab. Quod si omnes fratres impuberes sint, non prius dividitur, quam adulti facti fuerint, ¹⁰⁾ praeterquam, si iudicibus videatur partitio impuberum emolumento fore. Betb. Ioseph nomine R. Ascher et R. N. Atque impuberes iam decimo tertio anno ¹¹⁾ inter se dividere possunt, nam divisio non est ut venditio R. Ieruchim.)

1) secundum paroemiam: maior dividit, minor eligit.

2) cuidam ex coheredibus impuberum addicta,

3) impuberes, hi enim tantum, ut paulo post dicitur, adulti sunt.

4) per modum privilegii impuberibus hoc indultum est. Alias enim apud Iudeos mos viget, ut is, qui per emtionem venditionem (quae cuique bonorum partitioni inest) in sexta veri valoris parte iactu-

ram fecit, solummodo ad resarcendum damnum agere queat, contractus autem subsistat, quem tunc demum rescindere possit laesus, si discriben sexta veri valoris parte maius adsit, modo id faciat statim post decretam laesionem. RABE ad Mischn. tit. Bafa Mezia cap. 4. m. 3. et 4. Ceterum infra sextam veri valoris partem laesis non quidquam omnino est refundendum. SELDEN de iur. nat. et gent. sec. disciplin. Ebraeor. lib. 6. cap. 5.

- 5) universa bona hereditaria, singularis enim rei sexta parte minoris aestimatae, nova fieri nequit partio. Quo itaque casu impuberi vix aliter, quam praestando id quod interest, subveniri poterit.
- 6) Nemo enim cogi potest ad dividendum triclinium, turriculam hortensem, columbarium, pallium tepidarium, prelum, nisi cuique sat supersit. Et regula est: dividi tantum res atque ad rem dividendam quis cogi potest, cuius partibus, divisione facta, nomen rei divisae remanet. Mischna tit. Bafa Batra cap. 1. m. 6.
- 7) trah ad te partem meam pretio aestimato, aut ego traham ad me partem tuam eodem pretio. M.
- 8) At iudex addicere adulto, vel acquirere impuberi talem rem potest, vel accepta vel exsoluta parte dimidia pretii aestimati: saltim adultus poscere potest, ut res individualia hoc modo communione exeat. RABE ad Mischnam c. 1.
- 9) si adulti velint, si omnes enim consentiunt, dividi possunt huiusmodi res, nisi sint scripta sacra. Mischna ibid.
- 10) Potius, posteaquam natu maximus adultus fuerit factus, adulto enim ad divisionem provocare licet, secundum §. 1.

11) Hodie impuberibus decimo tertio aetatis anno partiri non licet, nam et minores annorum duodevinti curatoribus indigent. Adlers jüdische Contracte num. 39. Ceterum ex liberorum exemplo, quos reliquit antistes Bendix, didicimus, in terris Borussicis, saltim in hac civitate, orbos parentibus iudeeos usque post expletum annum unum et vice-simum sub curatela manere, ideoque tutelam, ex privilegii iudeorum generalis §. 31. auspiciis iudicium iudaicorum suscepit, terminari secundum principia iuris civilis. Nam de eius duratione dicto privilegio nihil iavenitur cautum, reique interest publicae, ne bona tradantur in manus iuvenum ante tempus legibus praefinitum.

12) aequa periculosa, cum portiones in summa ponis soleant aequalitate, vel optione vel sorte assignandae.

§. 2.

Si omnes fratres non adfint et praesentes dividere hereditatem velint, aut si eam inter se iam partiti sint ¹⁾ et frater veniat aut creditor, cui suam portionem cessit, id iam in initio capit. 175. explicatum est. ²⁾

1) non adhibitis aliis personis,

2) huius partis III. titulo Halachoth Mazranoth (doctrina de vicinitate) ubi dicitur in §. 1. de primo casu, partitionem debere fieri coram tribus hominibus, quamvis vulgaribus, (qui indices non sunt) modo sint fide digni et taxationis periti, atque in §. 3. de secundo casu dicitur, hanc partitionem non valere. M.

H 2

§. 3.

§. 3.

Si fratrum unus ¹⁾ artificium quoddam facturus eat, aut si quis morbo laboret, aut si proficisci studiorum causa velit, haec in cap. 177. enodata sunt. ²⁾

1) ex iis, qui in communi convictu sunt.

2) etiam parte III. eodem titulo, ubi hi duo casus decisi sunt et quidem primus per §. 4. sequenti modo: si fratrum unus proficisci ad discenda studia seu artificium tractandum velit, suntus taxantur, si coniunctim adessent, et quantum ad eius partem pertinet, tantum ei datur, quamvis, cum solus sit, plus opus habeat. Secundus autem casus in §. 2. hac deciditur ratione: si sua petulantia factum sit atque spem de eius sanitate habeamus, ex suis ipsis facultatibus sanatur, si autem spem de sanitate non habeamus, e communi cista sanatur; cum autem casu quodam morbo laboret, quamvis spes de eius sanitate adsit, e communi cista sanatur. Attamen fratres, priusquam Janetur, dicere possunt, divide nobiscum. M.

§. 4.

Si syngrapha nomini unius fratrum ¹⁾ inscripta inveniatur atque is dicat, illa mea est, hoc iam in cap. 62. dictum est. ²⁾

1) coniunctim et in convictu viventium.


2) In parte III. tit. Halachoth Halvaoth §. 1. dicitur: si in domo communi fratrum unus aliquo mercaturae genere negotietur (pro commodo communi) atque syngrapha eius nomini inscripta sit, isque dicat: illa mea est,

*est, tunc opus est, ut testes habeat. (Syngrapham suam
esse.) M.*

§. 5.


Si herendum alii ex bonis hereditariis quid sumserint, alii nihil, atque in manibus unius eorum sit pars bonorum defuncti, cum ii, qui nihil sumserunt, interdicere volunt illis, qui bona quaedam hereditaria sumserunt, ne sepe-liendo patri ea impendant, ¹⁾ iure facere pos-sunt: sed rationem ab iis poscunt, et unusquisque fratribus debitam iis dat partem.

1) *timentes, ne postea dicat: res ex hereditate sumta pro viliori pretio vendenda a me fuit, ut pater sepe-liri potuerit. M.*



Appendix quadruplices.

H 4





Gratum plerisque lectorum nos facturos esse confidimus, annexando huic opusculo, quem in additionibus nostris pluries allegavimus, integrum actorum, hereditatem antistitis Ben-dix concernentium fasciculum genera-lem. Documenta enim, ex quibus consistit, quatuor,

I. testamentum antistitis Baruch Ben-dix,

II. prior arbitrorum, ad dirimen-das ex hoc testamento subortas controversias peregre accitorum, sententia, qua partim diversa illi-us capita diiudicarunt, partim, quid viduae, praestito prius iure-iurando, ex dotalibus debeatur pactis, praefiniverunt,

H 5

III.



III. altera eorundem sententia, per quam sacramenti necessitudine vi-dua est liberata,

IV. Decretum arbitrorum, quinam impuberibus constituendi sint tu-tores?

partim eorum, quae R. Karo protulit, usum hodiernum confirmant, partim quaedam exhibent ab eo praetermissa. Exscribi ea curavimus ex ipsis heredum nomine exhibitis translationibus, testimonio interpretis fide digni communis. At, studio supersed:mus indicare, quid viduae ex pactis dotalibus competierit, et quasnam impuberibus heredi-bus praecipuas legaverit summas testa-tor, in compensationem dotis filiabus maritatis solutae, ne temere alienas di-vulgare facultates videremur. Annota-tiunculis nostris id potissimum efficere conati sumus, ut lectoris, testamentum et sententias cum opusculo conferre cu-pientis, operaे parcamus et labori. Interim etiam illarum, quas R. Karo non decidit, quaestionum habuimus ratio-nem.

I.

I.

Testamentum antisititis Baruch Bendix.

Rund und zu wissen sey hiermit, wie solches vor uns geschehen und wir Endesunterschriebene hierdurch bezeugen, welcher gestalt nach Schöpfung der Welt, unserer Zahl nach, im 5529ten Jahre zu Stadt Halle allhier im Brandenburgischen gelegen, zugehörig an unsern Herrn den König von Preussen, Gott erhebe seine Staaten! nach uns geschecket habe der Herr Vorsteher Rabbi Baruch Bendix, Gott erhalte ihn, ein Sohn des verstorbenen Juda Levin seel. Wie wir nun zu demselben gekommen, haben wir ihn zwar auf seinem Sterbebette, jedoch bey volliger Sprache und vollkommenen Verstande angetroffen, maszen er so zu reden und zu antworten gewüst, wie alle Menschen, die gesund auf der Straße herumgehen; da er denn gegen uns sich vernehmen lassen: ich habe nach euch geschicket, in der Absicht ein Testament vor euch zu machen, wie man sonst vor dem Tode zu thun pfleget; mit dem Ersuchen, ihn anzuhören und seinen Befehlen nachzukommen, seine Willensmeinung zu Pappiere zu bringen und zu unterschreiben, was dieser Starot in sich hält. Solchemnach hat er uns als ein Krancker¹⁾ vor seinem Ende befohlen, gesprochen und noch vor seinem Tode von uns verlanget, wenn seine Erben nach seinem Tode zur Thei-

1) cuius verba tantumdem valent, quantum ea, quae scriptis mandantur et traduntur. cap. VI. §. 1. not. 1.

Theilung schreiten solten, was in seiner Verlassenschaft nach seinem Tode an Gelde, Geldeswerth, beweglich oder unbeweglichen Gründen, Zinn, Kupfer, oder wie es sonst Nahmen haben könnte, sich finden werde, so solle die Theilung ²⁾ unter ihnen auf die Maße vorgenommen werden, wie weiter in diesem Starot folget: Demnach hinlänglich bekannt und wissend, daß ich auf meine zwey verheurathete Töchter verwendet habe, nemlich auf die eine Nahmens Freudtchen in Hannover, und meine zweyte Tochter mit Nahmen Ellichen in Frankfurth am Mayn wohnhaft, deren ieder ich zur Mitgabe an baarem Gelde — — Thal. gegeben, ohne die Pretiosa, Kleidungen, Mahlschäze, die Hochzeit auszurichten, nebst andern Kosten mehr, so daß mich eine jede von denselben in circa — — Thal. mithin beyde zusammen auf — — Thal. gekostet haben; wenn dahero nach meinem Tode meine Töchter und Söhne kommen werden, meine Verlassenschaft unter sich zu theilen, wie oben bereits ange mercket, alsdenn sollen meine noch unverheurathete Söhne und Töchter ³⁾ so wohl an Baarschaften und

2) heredes itaque non instituit liberos, sed bona iis sua donavit: quaevis enim verba, quibus in partitione utimur, sunt loco donationis cap. VI. §. 8.

3) per formulam donationis hic adhibitam filias, quae nunquam sunt heredes, si adsint filii, una cum his instituere et primogenitum vulgaribus adaequare potuit testator, v. cap. VI. §. 7. in initio, quod seclusus, si formula hereditariam successionem indicante usus fuisset. ibid. §. 1.

und Schulden dergestalt einen Vorzug haben, daß jedes unverheurathetes Kind, ehe man zur Theilung schreitet, — Thal. in Louisd'or als ein prae-cipuum zum voraus hinwegnehmen und bekommen solle, in welcher Absicht anjezo die Nahmen derer folgen, welche das nur erwehnte Vorrecht zu gniehen haben sollen: nemlich mein Sohn Levin, mein Sohn Mendel, meine Tochter Frummet, meine Tochter Mamel, mein Sohn Berendt, mein Sohn Michel, mein Sohn Joseph, mein Sohn David, diese insgesamt sollen gedachtermaßen das Vorrecht haben, daß ein jedes von ihnen vor der Theilung — Thal. in Louisd'or zum voraus erhalten, das Residuum aber, so alsdenn überbleibt, soll unter meine sämtl. Söhne so wohl als Töchter in gleiche Vertheilung gehen, dergestalt, daß keiner dabey mehr Vorrecht habe als der andere. Die verheuratheten Töchter sollen ihr Anteil, wie ihr Starot lautet, nemlich den halben Anteil von einem Sohn ⁴⁾ erhalten, jedoch nur erst von dem Vermögen, welches nach Abzug der ausgesetzten oben berührten Praefertenz-Summen übrig bleiben wird. Ferner hat noch, wie folget, bemeldeter Bendix zu uns gesprochen und bey völligem Verstande anbefohlen: Daferne eines von seinen Kindern so wohl Söhnen als Töchtern, welches jedennoch Gott verhüten wolle, ohne Kinder zu verlassen, versterben sollte, auf dem Fall sollen so wohl Söhne als Töchter, auch die verheuratheten Töchter Freudchen und Elichen des Verstorbenen Vermögen

4) de litteris semifiliū conf. cap. VI. §. 7. not. 13.

gen zu gleichen Theilen erben. s) Noch ferner hat er
bey vollkommenen Verstande noch disponiret, daß
vott

5) fideicommissaria haec substitutio, qua filios et filias
in eum easum, si unus eorum absque liberis sic
decessurus, testator vocavit verbis hereditariam
successionem indicantibus, non potuit non secun-
dum cap. VI. §. 1. ab arbitris reprobari. v. sen-
tentiae prioris num. 12. Sed et persuasum nobis ha-
bemus, neque huiusmodi substitutionem valere, et
iamsi per modum donationis sit facta. Nam a) bona
cuidam donata alteri vendi non possunt v. Mischna
tit. Bafa Batra cap. 8. m. 7. ideoque nec donari:
b) quaevis donatio ab hoc die facienda est, Mischn.
c. I. neutquam ex die v. cap. VI. §. 10. n. 5. Inter-
rim patri, qui liberorum suorum sine prole forsitan
morientium portiones ceteris relinqui vult liberis,
hac esse ratione agendum (exemplo quatuor foro-
rum in cap. VI. §. 10.) nobis quidem videtur. Si
v. c. ei sint tres liberi, Ruben, Simeon et Lea; pri-
mo tertiam bonorum partem hisce tribus liberis
donet, ita tamen, ut non nisi Ruben, eoque mor-
tuu illius liberi, si qui sint, in possessionem huius
partis veniant, et bona libere administranda atque
utienda fruendaque accipient, reliqui duo tunc de-
mum, si vel Ruben vel liberi eius prolem non reli-
querint. Postea eodem modo Simeon in altero bo-
norum ternione, et postremo in reliqua parte Lea,
possessionis atque ususfructus praerogativam nanci-
cantur et successu temporis eorum soboles (v. cap.
VI. §. 7. n. 14.) bonis ipsis itidem tribus liberis con-
iunctim dono datis. Sic enim omnes et singuli in tri-
plici donatione comprehensi, bonaque omnibus es-
sent donata, usufructu tantum duobus in quaue
parte ex die dato, quod licet, vid. cap. VI. §. 10.

n. 5.

von der Verlassenschafft man an seinen blinden Bruder, der in Tangermünden wohnet, jährlich 60 Thal. in Louisd'or à 5 Thal. abgeben solle. ♂ Auch hat er ferner uns befohlen, daß man alle seine Grundstücke, hier so wohl als an andern Orten belegen, nebst seinem sämtl. mobiliar Vermögen, an Leinengeräthe, Silber, und was sonst Geldes werth ist, verkauffen, und das Geld davor in sichere Hände stellen solle; zu welchem Ende denn ein jedes von meinen Söhnen und Töchtern an ihre Familie sich wenden sollen, welche acht auf sie haben und sorgen werden, daß ihr Geld an sichere Orte, wie gleich ausführlich gemeldet ist, überlieferd würde. Desgleichen hat er weiter bey guten Verstande verordnet: daß Gelehrte, so wohl der Rabbiner selbst, als andere Gelehrte, die der Rabbiner sezen würde, in seinem Hause beten solten, und solle der Rabbiner davor dieses Jahr 50 Thal., die andern Gelehrten aber 20 Thal. erhalten, auch die Gelehrten in Halberstadt, denen er zum Studieren

n. 5. Quid? quod per donationem factam ab hoc die et post mortem, ususfructus ex die (post mortem demum donantis) deur, dominium autem ab hoc die RABE ad Misch. tit Bafa Batra cap. 8. m. 7. not. 52. Atque hoc modo usufructu parentibus idem fere ius in sororis et fratum possidentium et fructus percipientium partibus competenteret, ac simultanee investitis in feudo.

6) instar pensionis vel legati annui, non a singulis hereditibus, pro cuiusque portione, subministrandi, sed ex ipsa hereditatis substantia quotannis solvendi conf. Append. II. not. 15.

ren bis dato Stipendia gegeben, sollen solche bis Jo-
hannis 1769. bekommen, von da an aber weiter
nichts mehr, und bekommen dieselben 50 Thal. nem-
lich Rabbi Jacob Schwanefeld, Rabbi Jacob
Schleswick und Rabbi Lasi zusammen 50 Thal.
Die gute Decke und Vorhang nebst seiner Tora solle
nebst dem rothen Sammtmantelchen und der
Decke, wo die Tora drauf liegt, an die Juden-
schaft in Halle geschenkt seyn. Meine Frau Han-
ne, die Tochter des verstorbenen Rabbiners von
Hildesheim, erhält statt ihr Eingebrachtes, wie
solches aus ihrem Starot der Ehepacten, den sie
in Händen hat, zu ersehen ist, die Summa à - Thal.
in Louisd'or, doch soll man ihr abrechnen alle die
Geschenke und alles, was sie sonst empfangen hat,
sowohl Silber und Geldeswerth, Perlen und Edel-
gesteine, dieses soll ihr alles abgerechnet werden,
von ihrem Ehepacten-Starot, indem meine Frau
nichts zu mir gebracht, darum sollen auch alle Pre-
tiola abgerechnet werden; nicht weniger soll man
ihr abkürzen, seiner Meinung nach, die Schuld-
forderung, die sie in Summa à 1000 Ducaten einca-
sirt, und mir versprochen hat mit zum Eingebrach-
ten zu geben; nicht minder bekomme ich von ihr
950 Thal. in Louisd'or, welche sie von mir zu Bezahl-
ung einer Schuld, noch ehe ich sie geheurathet,
Anlehnsweise erhalten hat; auch hat dieselbe mir
versprochen zu bezahlen das Geld, so ich ihr zum
Aufwand auf unsere Hochzeit à 400 Thal. Louisd'or
geborgt habe, wie auch 150 Thal. andere Kosten
wegen ihrer Schuldforderung. Hauptfächlich soll
man alles, was sie in Händen hat, von ihren Ehe-
paceten

pacten ihr decourtiren, außer ihre Kleider, Spiken, ihre Wäsche, ingleichen, was sie sowohl vor der Heurath selbst gehabt, als was sie sich bey mir im meinem Hause gemacht hat, das soll alles ihre seyn und bleiben, und ihr keinesweges abgerechnet werden. 7) Insbesondere sollen die Gelder meiner Kinder von meiner verstorbenen Frau Golde seel. zur Sicherheit in das Comtor des verstorbenen Michael David in Hannover gegeben; die Gelder der Kinder von meiner Frau Hanne aber sollen nach Hildesheim an des seel. Rabbiners Herr Hirsch Oppenheimers Wittwe abgeliefert, und die Gelder der Kinder von meiner ersten Frau Gelle sollen auf das Addreßhaus allhier abgegeben werden. Endlich bekommt auch die Jungfer Fögelchen, welche bey mir in Diensten gewesen, 195 Thal. in Louisd'or, und soll solches Geld an Herr Elias Frenckel in Berlin, so dieselbe heurathet, abgeliefert werden. Zurletzt bekommt noch der Bäfiste Jacob Levin 20 Thal. Ob bemeldetes Testament nach seinem ganzen Inninhalt hat ausgesaget und errichtet oben erwehnter Herr Bendix bey völligem Verstande und mit gutem Vorbedachte, als wie ein gesunder Mensch, der auf die Straße gehet; indessen ist er schwächer, gar bettlägerich geworden und endlich gar an dieser Krankheit verstorben, hat also denen Lebendigen das

- 7) Gemara et Maimonides premium quoque vestimentorum, quibus vidua induita est, e dotis aestimatione voluere deducendum. SELDEN uxor ebraica lib. III. cap. 9. nisi maritus, uti hic, collationem remiserit.

das Leben überlassen. Solches haben unterschrieben an obbemeldetem Jahr und Tage, so 21 Tage im Monath Kisjef 5529.

Marcus Samuel,
Rabbiner in Halle.

Meier David Levi,
Vorsänger in Halle.

Zu mehrerer Sicherheit und Bekräftigung hat er sich selber eigenhändig unterschrieben,⁸⁾ damit keiner das Testament umstossen kann, was er an obbemeldetem Tage befohlen.

Bendix Dangermünden.

In Anwesenheit und Gegenwart unserer, Endesunterschriebenen Zeugen, hat sich obgedachter Bendix eigenhändig unterschrieben, in der Intention, damit keiner kommen und darwider Streit erregen, insonderheit keines seiner Kinder gegen dieses Testament weder bey jüdischen noch christlichen Gerichten vergleichen Streit anfangen solle; maßen er noch zu uns gesprochen und sich declariret, daß, wer dieses sein Testament durch Streit anfechten würde, in Ansehung desselben Person seine Reden und disposition als wie ein zerbrochener Scherben ungültig, null

8) Subscribere testamentum necesse non habuisset testator, quod iam diximus not. 1. ad §. 1. cap. VI. In exemplis enim, quae Adler ibid. alleg. protulit, hoc non factum est, atque iure Ebraeorum duo quibuscunque negotiis testes sufficiunt.

null und nichtig seyn sollten, und alle redliche Gerichten sollten denjenigen beystehen, welche sein Testament bekräftigten, diejenigen aber hülfflos lassen, die davider Streit erheben würden; und die Stärcke dieser Starot des Testaments, soll eben die Kraft und effect haben, als alle Starotten in der ganzen Welt. Alles getreulich, ohne alle arge List und Gefährde der Starotten, als wenn er wäre gemacht worden nach denen Rechten auf die beste Art, und hat ihn bestärket, bekräftiget und unterschrieben, wie wir endesbenannte Zeugen gesehen haben an eben dem Tage.

Marcus Samuel,
Rabbiner in Halle.

Meier David,
Vorsinger und Beglaubter in Halle.

II.

*Prior arbitrorum sententia.**Im Nahmen Gottes.*

Nachdem wir Endesunterschriebene von den Herren Vorstehern der Judenschaft alhier in Halle berufen worden, die Sachen, betreffend die hinterlassenen Waysen des Herrn Bendix seel. zu untersuchen, und zwar mit Bewilligung obbemeldeten Bendix hinterlassener Wittwe Madame Hanne, einer Tochter des berühmten Rabbiners Hirsch aus Hildesheim, und derselben Mandatarii und Procuratoris Herr Ascher Liebmann, der auch vor nur gemeldeter Wittwe ihre Kinder und Waysen bevollmächtiget ist; ingleichen Herr Selig Mendels und seines Bruders Hirsch Mendels, wegen der Kinder aus der ersten Ehe von der Frau Gelle seel. einer Tochter nur gedachten Selig Mendels, und Herr Moses Seligmann ein Sohn Feishorns aus Düsseldorf, der zugleich Vollmacht produciret von Herr Meyern aus Hannover, dem Vetter der Kinder aus der zten Ehe von der Frau Golde seel., einer Tochter des Herrn Koschmanns aus Hannover; ferner Herr Abraham Samuel Cohen gebürtig aus Halberstadt, Mandatarii und Procuratoris von obberührten sämtlichen Waysen, als welche uns Endesunterschriebene nicht weniger ersuchet haben, die Streitigkeiten zwischen der Wittwe und denen Waysen nicht nur auseinander zu sezen, sondern auch das Anteil eines jeden Ummündigen derer Söhne so wohl

